



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

Henrici Valesii Annotationes In Librum Quintum Historiae Ecclesiasticae
Eusebii Pamphili.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Bardefane: Scriptis infinita adversus omnes hæreticos, qui a tate eius pullulaverant. In quibus clarissimus ille est & fortissimus liber, quem M. Antonino de suo tradidit. Dubitari tamen potest utrum Antoninus Imp. an potius aliquis ex Bardefanis sodalibus hic intelligatur. Neque enim verisimile est, Bardefanem libros suos Syro sermone scriptos Imperatori Romano nuncupasse. Adde quod Eusebius in libro 6. de præparatione Bardefanem dialogos suos sodalibus ac familiaribus nuncupasse significat. Ubi & luculentissimum affert fragmentum ex illo Bar-

defanis libro de fato: ex quo colligitur Bardefanem in eo libro cum Philippo quodam esse collocutum.

ἰκανώτατον δὲ διδάσκον. Hieronymus fortissimum vertit: Rufinus potentissimum. Eodem modo vetus Interpres Irenæi in libro 3. contra hæreses, ubi de Clementis Epistola ad Corinthios loquitur: ἰπισηλῆν ἢ ἐν Ῥώμῃ ἐκλυθῆναι ἰκανωτάτου γραφῆς, vertit potentissimam Epistolam.

καταγροῦς τε. Rectius in codice Mediceo, Maz. & Fuk. legitur καταγροῦς δὲ.

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM QUINTUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ EUSEBII PAMPHILI.

In Proœmium.

Εἰς τὸν δὲ ἄνω ἐπιλακιδέκατον. Nescio quis ad marginem editionis Genevensis annotavit, mendum esse in Eusebiano textu: hanc enim persecutionem factam esse anno 7. Antonini Veri, ut legitur in Chronico Eusebii. Quam opinionem secutus est Blondellus in Apologia pro sententia Hieronymi de Episcopis & Presbyteris cap. 8. Verum longe fallitur Blondellus ipse, & quisquis auctor est hujus annotationis. Nam persecutio Christianorum, quæ imperante Marco grassata est, non eodem ubique tempore flagravit, nec unius anni spatio finita est. In Asia quidem primum cœpta est anno 7. Marci Antonini; idque non ex edicto Imperatoris, sed tumultu & concitatione populari. Exinde usque ad finem eius Imperii producta est etiam in Asia, ut docet Melito Sardinus Episcopus in libello ad M. Antoninum his verbis: τὸ Ῥωμαίων ἡγεῖσθαι κατὰ τὸν δὲ ἀδελφὸν ἰναταῖς ἡγεμονίας τε καὶ ἰσὴν μετα' τοῦ ἑσθῆς, &c. Id est: Romanum crevit Imperium, quod in ex omnium voto successorio jure obtinuisisti, obitibusque deinceps cum filio tuo. Jam ergo Commodus à patre adscitus fuerat in consortium regni, cum hunc pro Christianis libellum Melito Imperatori porrigebat. Quod sub finem Imperii Marci Antonini contigisse constat. Quare cum post Commodum consortem Imperij factum, Melito libellum suum pro Christianis Antonino Imp. obtulerit, ad id usque temporis persecutio Christianorum in Asia duraverit necesse est. Ex quo apparet, ut id obiter moneam, male in Chronico Eusebii scribi, Melitonis Apologeticum M. Antonino esse oblatum anno eius Imperij 10. Ceterum & in Asia, & in Gallis aliisque provinciis, persecutio illa anno ejusdem Antonini 17. vehementius exarsit, ut hic diserte refert Eusebius. In cujus textu numeros annorum non esse corruptos, vel hinc apparet, quod hoc eodem anno Eleutherum Romanæ urbis Episcopum

B Soteri successisse scribit. Quod quidem in Chronico confert in annum 16. Antonini. Vide Baronium ad annum Christi 179. Certe auctor Chronici Alexandrini, martyrium Pothini & reliquorum consignat anno 16. Antonini.

τῆς μαρτυρίας συναγωγῆς. Sic Eusebius vocare solet librum suum de Martyribus, eo quod nihil aliud esset quam collectio Actorum. Ita in libro 4. c. 15. sub finem: ἐν ταῦτα παρατίμωμι τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῶν μαρτυρείαις ἐπιτάγμην. Supple γραφῶν. Vide infra cap. 21. ex quo patet scribendum hic esse μαρτυρίων συναγωγῆς.

τὸ κατὰ θεὸν πολιτεύματος. Nicephorus in cap 16 lib. 4. pro his verbis habet τῆς κατὰ ἡμᾶς πολιτείας, id est, Republica Christiana, ut interpretati sumus. At Christophorus divinam vivendi rationem vertit, quod non placet. In codicibus nostris Maz. Med. Fuk. & in Sav. ita scribitur hic locus: ὁ δὲ γὰρ πᾶσι τὸ κατὰ ἡμᾶς πολιτεύματ', &c. quamquam in Med. vulgata lectio ad marginem apposita est.

In Caput 1.

οἱ ἐν Βιέννη καὶ Λυγδουνίῳ. Duplex hic quaestio oritur. Prima, cur hæc Epistola scripta sit conjunctim à duabus Ecclesiis, Viennensi ac Lugdunensi. Altera, cur Galli Græcè scribant ad Ecclesias Asiæ & Phrygiæ, & ad Eleutherum Romanæ urbis Episcopum. Quod ad primam attinet, hoc idcirco factum existimo, quod Ecclesiæ Viennensium ac Lugdunensium, non modò loci vicinitate, sed etiam mutui amoris vineulo conjunctæ erant. Et cum in eadem persecutione simul decertassent, Epistolam de suis Martyribus simul & conjunctim scripserunt. Ad hæc utraque provincia sub unius Præsidis jurisdictione, tunc quidem temporis videtur fuisse; ut ex eo conjicitur, quod tam Viennenses quam Lugdunenses, ob fidem Christi à Præside comprehensi & damnati esse dicuntur in hæc Epistola. Hæc igitur causæ sunt, cur conjunctim scri-

perint Vienneses & Lugdunenses. Nam quod suspicati sunt quidam, unum tunc fuisse Episcopum Viennæ atque Lugduni, id ex hac ipsa Epistola facile refellitur, quæ Pothinum Episcopum Lugduni fuisse dicit, non item Viennæ. Porro Lugdunenses honoris causa Viennensium nomen præponunt, cum tamen ipsi Lugdunenses Epistolam scribant de iis quæ Lugduni gesta fuerant. Vetustati quoque & nobilitati Coloniarum Viennensium id tributum videri potest. Quod verò ad secundam questionem attinet, ex ipsa Epistola discimus plurimos fuisse Græcos in Ecclesia Lugdunensi, cujusmodi fuit Attalus & Alexander Phryges, & Alcibiades oriundus item ex Phrygia, ut opinor: Irenæus quoque oriundus erat ex Asia, & Polycarpus Smyrnæ audierat una cum Florino admodum puer, ut ipse testatur. Pothini quoque Episcopi vel nomen ipsum, Græcam originem designans, proinde non mirum est, si qui ex Asia in Gallias venerant, fratribus suis in Asia constitutis de rebus suis scribant: à quibus, ut credibile est, Epistolam illam de martyrio Polycarpi & aliorum, prius acceperunt. Hujus autem Epistolæ auctorem fuisse arbitror Irenæum; qui quidem eo tempore Ecclesiæ Lugdunensis erat presbyter.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z
cujusmodi hic fuerit Reſtor provincie Lugdunenſis. Equidem exiſtimo Legatum Cæſaris fuiſſe, Movet me primo, quòd hic mentio fit Tribuni militum. Id enim optime convenit Legato Cæſaris, qui rem militarem curabat. Deinde in veteri ſcriptione quam refert Gruterus pag. 427. Legatus Imp. Nervæ Trajani Cæſaris Aug. provincie Lugdunenſis nominatur. Denique Spartianus in Severo, Lugdunensem provinciam, per Legatos Cæſaris adminiſtratam fuiſſe imperante M. Antonino teſtatur. Sic enim ſcribit de Severo: Deinde provinciam Lugdunenſem Legatus accepit. Ac forte in hac Lugdunensium Epistola Severus intelligitur, Fuit enim Legatus provincie Lugdunenſis ſub Matco. ſed & Junius Blaſus, quem Reſtorem Gallie Lugdunenſis vocat Tacitus in primo hiberniarum, Legatus fuit. Argumento eſt legio Italia & ala Taurina Lugduni tendens, quas regebat Blaſus. Fuit etiam Vitraſius Pollio Legatus provincie Lugdunenſis temporibus Imp. Hadriani, ut patet ex lege 15. D. de excuſationibus.

Fig. 155.

μη μόνον οίκιων. Christophorus adſicia publica interpretatur, quod non probo. οίκια enim non niſi de privatis domibus dicuntur, à quibus tum arcebantur Chriſtiani, id eſt, ab ædibus amicorum, propinquorum, opificum. Neque enim aſſentior Ruſino, qui Chriſtianos in ſuis ipſorum domibus habitare prohibitos exiſtinavit.

ἑπιδεικνύμενοι. Codex Medicæus adverbium addit hoc modo: ὄντως ἐπιδεικνύμενοι. Neque aliter codex Maz. Fuk. & Savilianus.

συγκλείσεις. Non poſſum probare interpretationem Langi & Chriſtophorſoni, qui συγκλείσεις carceres vertunt. Hic enim primo loco recenſentur injuriæ & mala, quæ à conferta populi multitudine inferebantur Chriſtianiſ. In quibus carcer locum habere non poſteſt. Judicum quippe non populi erat, reos carceri mancipare. Rectius ergo Ruſinus vertit: concludi. Sed & verberari, inquit, ſe ab illis, ac lapidari, & concludi, patienter accipiebant. Gentiles enim Chriſtianos intra domos ſuas concluderant, dum à foro & balneis eos arcerent, nec in publicum prodire ſinerent, ut ſupra dictum eſt. Infrà tamen συγκλείσεις pro carcere ſumuntur.

πρὸς νότων τῆς πόλεως ἑξουσιῶν. Magiſtratus municipales intelligit, qui etiam duumviri dicebantur. Quamvis autem ἐξουσίας ſeu poteſtatis vocabulum, fere de majoribus Judicibus dici ſolet, qui habent jus gladii, ut docet Ulpianus in titulo de Jurisdictione, & de verborum ſignificationibus, tamen de Magiſtratribus etiam municipalibus uſurpatur, qui habebant modicam coercitionem, ut loquuntur Jurifconſulti. Sic apud Juvenalem: Gabiorumque eſſe poteſtas. Infrà ubi de Pothino, πολιτικά ἐξουσίας dicuntur.

τῷ ἡγεμόνι. Praſidem vertit Ruſinus: quæ vox generalem habet ſignificationem, perinde ac Græca. Omnes enim provinciarum Reſtores ita appellantur, ſeu Procuratores ſint, ſeu Proconſules, ſeu Legati Cæſaris. Dubitari itaque merito poſteſt,

De quo Gregorius Turonenſis in libro primo hiſtorie Eccleſiaſticae cap. 29. Et rurſus cap. 31. de Eccleſia Biturienſi loquens ſcribet: Leucadium quendam primum Galliarum ſecutorem, qui de ſtirpe Vetii Epagathi fuit, quem Lugdunum paſſum pro Chriſti nomine ſuperius memoravimus, repererunt. Qui locus aperte oſtendit, Epagathum nobilitate generis inter Lugdunenſes eminentiſſe. Sed & Epistola ipſa id latius ſuperque teſtatur huiusmodi: ἡ γὰρ τῶ ἐπισημοῦ. Porro huius martyris nomen cum duplici τ ſcribi debet, ut habet codex Maz. & Fuketianus. Etenim nomen Romanum eſt Vettius apud Ciceronem & Juvenalem; idque nomen fuit Prætextati. Certe in manuſcripto Ruſini codice Vettius Epagathus dicitur.

παράκλητος χεῖς ἰανὸν σχηματίσας. Magiſtrophophoronus hunc locum interpretatus eſt, quod Epagathus exinde ab omnibus vocatus fuerit pater Christianorum. Noſtram autem verſionem confirmat Ruſinus, & quæ ſequuntur verba, ὅτι ἡ παράκλητος, &c. quæ ſtare omnino non poſſunt niſi ita interpreteris ut fecimus.

πλήθει τῶ Ζαχαρίου. Jam ſupra Epagathum comparavit cum Zacharia Sacerdote, de quo Lucæ in Evangelio cap. 10. iterum nunc alludit ad illa quæ leguntur in ſine dicti capitis: Et Zacharias completus eſt Spiritu ſancto. Porro Spiritus Sanctus: πνεῦμα ἅγιον dicitur in Evangelio, id eſt, advocatum, qui ſcilicet poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ut ait Apoſtolus. Ita Tertullianus in libro de Jejunii, de Spiritu Sancto loquens: Quæ paracletus, id eſt, advocatus, ad exorandum iudicem, inſignis officiorum remedia mandabat. At Ruſinus cum hoc non intelligeret, ita vertit: Ille verò habens in ſe advocatum pro nobis Jeſum, hoc nomine meritis honorari: Sancti preſbyteri Zacharia, qui erga Sanctiſſam pietudinem charitatis oſtenderat, ſecutus exemplum. Quæ prava Ruſini interpretatio, occaſionem erroris præbuit Adoni Vienneniſi, & Uſuardo, & Noſtero, qui in ſuis martyrologiis quadraginta & octo Martyrum Lugdunenſium nomina recenſentes, Zachariam preſbyterum ſecundo loco nominant poſt Pothinum Lugdunenſem Episcopum. Quæ ſi Græcum huius Epistolæ exemplar conſidera-

sent, animadvertissent profecto, Ζαχαριαν presbyterum Lugdunensis Ecclesie, sed Zachariam sacerdotem, patrem Joannis Baptistae. Quem quidem Lugdunenses in hac Epistola presbyterum, id est, Seniore appellat, Epagathum juvenem ei comparantes. Ceterum hic error Adonis & reliquorum in Zachariae martyris nomine, facti ut dubitem de ceteris nominibus Martyrum Lugdunensium, quae ab illis ibidem relata sunt.

τὸ πλὴν ὁμαρτῶν τῆς ἀγάπης. Alludit ad illud Servatoris nostri dictum in Evangelio: *Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro fratribus suis.*

διερίοντο. Metaphora videtur esse ab Athleticis, qui antequam certamen ierent, examinari solebant ac probari, utrum ingenui, utrum ætatis Athleticæ essent. Et ij quidem quid certamen admittebantur, dicebantur εἰσκριθεῖσαι. Qui autem repudiabantur, ἀκρίθισθαι. Examen autem ipsum vocabatur διακρίσις, ut ex hoc loco colligo. Plena certe est hæc Epistola vocabulis à re Athletica translatis. Quod & loci hujus lectio ipsa indicat, & nos infra ostendemus apertius.

ἢ ἐξήρισον. In codice Regio legitur: ἢ ἐξήρισον, quod verbum mihi nequaquam negligendum videtur. Cum enim rarius sit & inusitatus quam ἐξήρισον, facilius τὸ ἐξήρισον mutatum est in τὸ ἐξήρισον, quam hoc in illud ἐξήρισον igitur hic passivè somitur pro ἐξήρισον αἰθυσαν. id est, abortivi facti sunt, excussis sunt, ἐκτρομαχίσθησαν. Quæ metaphora iterum usurpatur infra, ubi agitur de lapsis.

ἢ ἐπιμαρτυροῦν. Ex Ecclesia scilicet Viennensi & Lugdunensi. Hæc autem verba in primis notanda sunt, ex quibus manifestè apparet Viennensem Ecclesiam perinde ac Lugdunensem, suam tunc Episcopum habuisse. Quippe Ecclesia ab antiquis Scriptoribus non dicitur, nisi matricem, quam Cathedralē vocamus. Ad Viennensem in Chronico, Justum tunc temporis Viennensem Episcopum fuisse dicit, eundemque diuturno exilio maceratum palmam martyrii retulisse. Porro verbum ἐπιμαρτυροῦν Christophorus vertit: *eximerentur, Langus: deligerentur.* metaphora videtur esse à fructibus qui decerpuntur.

ἢ οἰκιστοῦ. Hæc vox non solum propinquitatem generis designat, sed etiam amicitiam ac benevolentiam. Interpres Nicephori etiam humanitatem addidit, non contentus necessitudinis vocabulo.

διερίοντο καὶ ἡμῶν. Codex Regius ἐφ' ἡμῶν. τὴν τῶν βλασφημιῶν. Recte Rufinus blasphemiam adversus Christianorum religionem intelligit. Quod plane confirmatur verbis proxime antecedentibus ἢ ἐκείνων. Cum enim servi Christianorum, metu cruciatuum perterriti, infanticidia & incestos concubitus de Christianis confessi essent, studebat Sathanas, ut Christiani qui comprehensi fuerant ejusmodi calumnias in religionem nostram jactarent. Quippe iudices omni tormentorum genere Christianos urgebant, ut Thyesteas qualdam cenas & incestos concubitus apud se peragi faterentur. Quo spectat illa vox Blandinæ, in mediis cruciatibus nihil aliud proloquentis quam Christiana sum: nihil apud hos mali geritur. Potest etiam illud ἢ ἐκείνων

referri ad decem illos, qui initio persecutionis capti animum desponderant. Christophorus blasphemiam contra nomen Christi intelligere maluit.

ὁ ἀγρεὸν διάκονον αὐτὸ βεβήκει. Rufinus Sanctum Diaconum Viennensem interpretatur: quod est ambiguum. Neque enim Sanctus fuit Diaconus Viennensis Ecclesie, ut quidam hac Rufini versione inducti existimant. Certe Lugdunenses in hac Epistola id non dicunt: sed tantum affirmant illum Vienna oriundum fuisse. Fuit igitur hic Sanctus patria quidem Viennensis, Diaconus autem Lugdunensis Ecclesie.

ἢ στρατιωτῶν. Rufinus vertit: *officium, milites.* Nam Græca vox utrumque significat, tam officiales seu apparitores Judicum, quam milites: ut fufius ostensurum sumus ad libros de vita Constantini. Hic verò milites malim intelligere, cum supra mentio fiat Tribuni militum.

περιβραχίον. Codex Med, Fuk, Savil. & Maz. περιβραχίον. habent, quod magis placet.

διὰ τὴν ἰσομορίαν. Amplector scripturam codicis Medici & Maz. Fuk. & Sav. in quibus legitur ἰσομορίαν ἢ τὸ μίγξις τῶν βασάνων. Id est, ob assiduitatem & gravitatem tormentorum. Nam quod ex Gruteri libro proponitur ἰσομορίαν, vanissima conjectura est. Paulo post, ubi legitur ὅποτε μὴδ' ἔρχον, codex Medicus & Maz. Fuk. & Savil. vocem intersevit hoc modo: ὅποτε μὴδ' ἔρχον. Quod est elegantius.

ἐκ τῆς νεύου. Alludit ad cap. 7. ex Joannis Evangelio, in quo legitur: *Flumina de ventre eius fluent aqua viva.* Pag. 158.

συνασπασμένοι. Contractum & incurvum malim vertere, quam *distrahitum & divulsam*, ut initio verteram. Hoc enim esset *συνασπασμένοι*. Contractum autem intelligo præ magnitudine tormentorum. Nam qui in euleo torquebantur vehementius, caput incurvare cogebantur, ut docet Am. Marcellinus, cum ait: *vel sub euleo caput incurvos, aut idem carnicibus torvi substravit.* Inepte Christophorus *contractum in rugas corpus* interpretatus est.

ὁλεν μανόντων τῶν σωμάτων. Scribendum videtur *σώματων*, ut legit Rufinus.

ἀνεκάλυψε. In codice Medico & Maz. Fuk. & Sav. & apud Nicephorum legitur ἀνεκάλυψε, quæ proculdubio vera hujus loci scriptura est. Oponitur enim ἀνεκάλυψε ἀνορθώθη illis quæ supra dixerat de toto corpore Sancti Diaconi contracto atque incurvato. Itaque hic locus superiorem expositionem nostram plane confirmat.

ἢ βλασφημίας. Christophorus blasphemiam adversus Christum intellexit. Videndum tamen est, ne hic quoque blasphemiam adversus religionem Christianorum intelligatur. Certe quæ sequuntur verba id penitus evincunt. Sequitur enim ἀναγκάζω ἐπιπλεῖν τὰ ἄθρα περιήμων. Porro hæc mulier in MS. Maz. ac Med. βλάσφημος dicitur non βλάσφημος. Sic etiam vocatur in Fuk. Rufinus hanc cum Blandina videtur confudisse gravi errore.

ἀνὰ τῆς τοῦ βασανιστοῦ. Longemeliot est lectio quam reperi in codice Maz. & Med. Fuk. & Savil. τοῦ βασανιστοῦ. Sic vocantur à Lugdunensibus Gentiles, qui Christianam Religionem calumniabantur: vel certe lapsi, qui præ cruciatuum vio-

lencia infanticidia & incestus à Christianis admitti fassi erant.

ἡ τὰς ἐν τῷ ἔδαρ διατάσεις τῶν ποδῶν. Superiore libro ubi de Justinii martyrio dictum est, observavimus ἔδαρ à Græcis dici, quem Latini appellant *neruum*. Id plane confirmat Rufinus qui hunc locum ita interpretatur: *Ac septimo (ut dicunt) puncto in nervo pedes, contra quam credi fas est, dissenti, in intimo penarum loco deperirent.* Has διατάσεις τῶν ποδῶν optime expressit Prudentius in versibus quos supra citavimus.

*Lignoque plantas inserit,
Divaricatis cruribus.*

Porro hujus supplicii hæc videtur fuisse forma. Truncus fuit ligneus, quinis hinc & inde foraminibus certo invicem spatio divisim excavatus. In hæc foramina tanquam in ocreas quasdam, pedes inferebantur noxiorum, & vinculis seu nervis astringebantur, ut ex Atatoris versibus colligitur, quos supra retulimus in annotationibus ad librum 4. Et Rufinus quidem hæc foramina vulgò puncta appellata esse testatur, quod confirmat locus ex passione Chryfanti & Dariæ, quem ibidem adduxi. Sed quod Rufinus septimum punctum dixit, vix credibile mihi videtur. Certe Eusebius hoc loco quintum duntaxat foramen dixit: & aliis in locis hunc numerum foraminum nunquam supergressus est.

διὰ πλὴν ἀποκρίμην. Hoc loco verba videntur esse transposita. Sic igitur legendum puto: *διὰ πλὴν ἀποκρίμην σωματικῶν ἀδύνατον.* Et paulò post ubi legitur: *διὰ πλὴν ἀποκρίμην τῆς μαρτυρίας ἐν θυμῶν,* scribo ἀποκρίμην. Porro hoc Porhini martyrium elegantissime describit Eucherius Lugdunensis Episcopus in sermone de S. Blandina: *Præstitit inter ista divina providentia, ut in tantis patriæ sacrificiis, etiam Pontifex non deesset. Raptus ad impiam questionem grandævus & plenus dierum P. pater noster Porhinus, Ecclesia huius antistes, & pro eruditionis ut credimus merito, greci suo iungitur. Ac post Dominici corporis sacrificium, profanis tribunalibus novam de se hostiam Christo oblaturus inferitur. Senilis infirmitas per injurias & afflictiones furentium ministrorum ita celerem sortitur exitum, ut intelligeres ad tempus illud soli martyrio reservatum.*

pag. 160. ἑρρίφην ἐν τῇ εἰρημῇ. Codex Medicæus habet εἰς πλὴν εἰρημῶν, nec aliter codex Maz. Fuk. & Savilii.

σπυρτὸς ἰσθμὸς γυροῦς. Notandum est quod ajunt Lugdunenses, rarum adhuc in Ecclesia ejusmodi indulgentiæ usum fuisse erga lapsos. Nempe quia ad hoc usque tempus pauci admodum lapsi fuerant. Id taque cessante morbo, nihil opus erat hujusmodi medicina. Subsecutis autem persecutionibus, hoc remedium crebrius usitatum est.

ἰλαροὶ προσήσαν. In codice Maz. & Fuk. Savil. & Medicæo legitur ἀπορησαν, quam scripturam secutus videtur Christophorus. Hoc est quod ante dixit: *κατὰ τὰς παρόδους: dum scilicet è carcere procedunt usque ad tribunal.*

ἐν κροσσῶν τοῖς χροσσοῖς περιπεποικιλμέναις. Alludit ad locum qui est in Psalmo 44. & paulo aliter hodie legitur περιπεποικιλμένοι. Mos enim erat, tunicarum simbrias variegare, ut testatur Amm. Marcellinus in lib. 14. *ut longiores simbrae tunica perspicue luceant, varia-*

tae liciorum effigiata in species animalium multiformes. Certe in codice Med. & Maz. scribitur περιπεποικιλμένοι, nec aliter Fuk.

ἰουδαίων ἐδωδότης τῶν χροσσοῦ. Alludit ad verba Pauli Apolloli, *Christi bonus odor sumus.*

τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου. Verba hic videntur esse transposita, quæ sic construo: *εἰς τὰς εἰδὸς ἀπορητῆς ἐξόδου τὰ μαρτύρια αὐτῶν.*

εἰς τὸ δῆμόσιον. Hoc nomine amphitheatrum videtur intelligi. Neque enim referri potest ad Siam. Primò quia repetitur præpositio εἰς τὸ δῆμόσιον, εἰς τὸ κοινόν, &c. Ita enim legitur in codice Med. Maz. Fuk. & Savil. Quod si δῆμόσιον referretur ad vocem *δίαμα*, dixissent εἰς τὸ δῆμόσιον ἐν κοινόν, &c. Porro eleganter amphitheatrale munus, in hac epistola vocatur publicum Gentilium inhumanitatis spectaculum. In eo siquidem loco Gentiles tantum in Christianos, tum in reliquos bestiarum, belluinam savitiam publicè spectandam exhibebant.

τῶν θηεσιμαχιῶν ἡμίχρα δὶ δούκρας. Hujus loci sensum non assecuti sunt Interpretes. Sensus autem est, Præsidem seu Legatum provincie Lugdunensis, spectaculum ferarum extra ordinem populo præbuisse, constituta ad id die, propter Christianos quos ad bestias damnaverat. Erant enim quædam Romanos ordinarii ac solemnes munerum dies, qui in mensem Decembrem incidebant, ut et in Calendario Heruvanti. Extra hos dies non licet munerariis ac dumviris quibus hujusmodi certorum onus erat impositum, spectacula ferarum populo exhibere, ut docet Epistola Ecclesie Sympnenensis de martyrio Polycarpi, quæ superius retulimus est in libro 4. Verum majores Judices qui iugudii & ad bestias damnandi habebant, hujusmodi meridiaua spectacula, quoties ipsis libitum erat, exhibebant, ut cum populi voluptate noxios è medio tollerent. Cujus rei exemplum illustre est in Actis Martyrum Tarachi, Probi & Andronici. Nam cum Maximus Proconsul Ciliciæ eos ad bestias damnasset, advocans Terentianum Sacerdotem Ciliciæ, iussit ei sequenti die munera edenda curare, ut legitur in cap. 10. eorundem Actorum.

διὰ πλὴν ἀποκρίμην ἰδὲ κληροῶν. Jam supra motum multas hic translationes esse à re Athletica, Interius numeranda est vox κληροῶν. Solebant enim Athletæ qui in ludis certaturi erant, sortitò educi. Quod quomodo fieret, docet nos Lucianus in Hermotimo. Cistella erat argentea, Deo certaminum prædicti sacra, in quam conjiciebantur sortes seu tesserae breves. In duabus inscripta erat littera A: in aliis duabus B. in aliis item duabus T, & sic deinceps. Tum Athletæ sortes è cista educabant. Quibus A obvenisset, ij inter se committebantur primo loco pugnaturo. Eratque hic ἀγὼν κληροῶν. Similiter qui litteram B. eduxissent, secundo loco inter se certabant. Ita fors & urna suum cuique adversarium assignabat. Is qui adversarium suum vicerat, non statim coronabatur. Sed cum alii qui adversarios item suos vicerant, iterum pugnaturo componebatur, donec unus omnium victor superesset. Quam in rem pluribus opus erat sortibus. Hinc est quod in inscriptione Farnesiana, quam refert Gruterus pag. 314. Aλεξιπαιδα quidam Pancranciaστα, in multis certaminibus viciorum

victoriam retulisse dicitur, τὸ δεύτερον καὶ τρίτον μετὰ ἑσάτω ἢ δευτέρου κλήρον ἔχασ τὰς ἀνταγωνιστάς. Id est, post primam aut post secundam sortitionem, secundam vel tertio superatis adversariis. Id enim usu veniebat, ob eam rationem quam dixi, quoties plura erant paria Athletarum. Quippe victores inter se componebantur, & secunda inter eos fiebat sortitio, ac rursus tertia; donec victoria ad unum redisset. Et hoc est, quod in hac Epistola dicitur ἡ δεύτερον κλήρον. Ad hanc Athletarum sortem referenda sunt ea, quæ habes in principio hujus Epistolæ de Epagatho, ἀνελήφθη δὲ αὐτὸς εἰς τὸν κλήρον τῶν μαρτύρων.

τὰς διεξόδους τῶν μαρτύρων. Musculus vertit verberum illationes. Christophorus trajectiones. Dicitur videtur pro τὰς εἰς τῶν διεξόδους μάστιγας, id est, verbera illata dum traducerentur in pompa.

εἰ τὰς μονομαχίαις. Codex Maz. Med. & Fuk. habent μονομαχίαις.

ἡ παλαιὰ κλήρον ἐκβεβάσασα. Scribendum est ἐκβεβάσασα, ut supra. Atque ita legitur in codice Mediceo & apud Nicephorum. Vide Petrum Fabrum in libro primo Agonistici cap. 24. Porro notandum est Blandinam, utpote servam, cruci affixam fuisse, quod erat supplicium servorum.

ἡ περιμαρτύροις κύκλω τῶν ἀμφιδιέστην. Solebant olim gladiatores & bestiarum, antequam certamen obirent, per ora populi circumduci. De qua pompa loquitur Lucianus in Toxari, ut notavit Salmasius in notis ad Julium Capitolinum pag. 91. & Casaubonus; post Lipsium in Saturnalibus, qui locum Quintilianii ex declamatione nona eò spectantem primus adduxit. Id autem fiebat non solum in iis qui seipos ad ludum auctoraverant, sed in reis qui ad ferrum aut bestias damnati erant. Martialis;

Traducta est gyris, nec cepit arena nocentes.

οἱ μαρτύροις ἔχασοντο. Id est, dextram lapsis pot-rexerunt, & medicinam adhibuerunt, & pro iis intercesserunt. Id enim solebant martyres, ut ex Cypriano didicimus.

ἀνιμωροῦτο. Dudum conjeceram scribendum esse ἀνιμωροῦτο. Postea verò in codice Regio ita scriptum inveni eadem manu. Quinetiam Christophoronom ita legisse apparet.

ἡ γλυκαίνοντο. Hoc verbum tam activè, quam passivè sumi potest. Et Nicephorus quidem activè dictum intellexit. Sic enim hunc locum interpolavit, καὶ ἡ γλυκαίνοντο ὡς τῶν μὴ θύλοντο τὸν θάνατον. Metaphora est ab oleastro, qui insitus dulcescit, de quo Paulus Apostolus. Sed & passivè sumi potest, & quidem commode, ut mihi videtur. Id enim sibi volunt, Lugdunenses nomen Christi, quem lapsi negaverant, dulce de cetero ipsis fuisse. Paulo post pro ἰσραητιθῶσι, Codex Medicæus & Mazari-nus ἰσραητιθῶσι habent. Sic etiam codex Fuk. & Savilii.

ἀποτύμπανισθῶναι. Hanc vocem non intellexit Christophorus, qui ἰμπανίς torquens vertit. Quid hoc verbum significet, jampridem docuit suo Villiomarus in libris adversus Robertum Titium.

τὰς εἰς τὸν ἀπὸ πανηγύριου ἀρχομένης σωματῶν. Cele-

bris ex omni Gallia conventus ludorum causâ fiebat Lugduni, ad aram Augusto sacram. Dicata autem fuerat hæc ara Julio Antonio & Fabio Africano Coss. Calendis Augusti, ut scribit Suetonius in Claudio. Eos ludos adhuc sua ætate mansisse scribit Dio. Ex his colligitur martyres Lugdunenses mense Augusto passos esse. Quod autem Ado, Ufuardus, Beda, Nothkerus aliique natalem Lugdunensium martyrum conferunt in diem quartum Nonas Junii, nihil memovet. Diu enim post illorum necem, cum illorum reliquiæ inventæ fuissent, hic dies potissimum electus est, quo omnium simul memoria celebraretur; cum tamen non uno eodemque die omnes passi sint, ut ex hac Epistola constat.

τῶν μαρτύρων χρεῖ. Hoc loco codex Medicæus melior est Regio. Scriptum enim habet τῶν μ. κλήρων, & sic Nicephorus quoque scriptum habet. Quam lectionem alteri longe præstare, ex iis quæ supra diximus, liquido patet. κλήρων etiam legitur in codice Maz. & Fuk. & Saviliano.

βλασφημοῦντες πᾶν ἰδόν. Hoc loco βλασφημοῦντες idem valet ac βλασφημοῖς συμποιοῦντες. Quæ loquendi forma usitata est in sacris libris; ut cum dicitur in Evangelio: Viri Ninivæ surgent & condemnabunt vos in Judicio. Id est, condemnari facient. Et Musculus quidem vertit hoc modo: per vitam suam conversationem viam Dei blasphemantes. Christophorus verò interpretatur: viam veritatis contumeliosis afficientes. At Nicephorus cum hæc non intelligeret, locum interpolavit.

ἔπις ἑσάντο τῶν ἰσραηλιτῶν. Rufinus vertit: qui a Præside in medium statui jussu. Musculus autem ita vertit: Urgente verò Præsidi, &c, quem secutus est Christophorus. Possis etiam ita vertere. Quod cum animadvertisset Præsides, &c. Mihi tamen magis arridet Rufini versio. ἔπις ἑσάντο enim proprie est sistere coram judice, quod etiam ὡς ἐξ ἑσάντο dicitur.

τὰς αἰὼν ἐτίθησαν. Eodem verbo superius usi sunt Lugdunenses, ubi de Sancto, Maturo & Blandina loquuntur. Ac Rufinus quidem hoc loco vertit jugulati sunt. Musculus casu sunt. Christophorus gladio feriuntur. Ego verò malim vertere gladio confossi sunt. Mos enim erat, ut bestiarum a confectore trucidarentur, quemadmodum notavi supra ad martyrium Polycarpi. Eusebius in libro de martyribus Palestinæ cap. 11. de Hadriano martyre loquens, qui ad bestias damnatus fuerat, λέοντι ὡς ἐκλυθείς, καὶ μετὰ τῶν ζώων κατασφάξεϊς, ἐτίθει αὐτὸν, & paulo post de Eubulo scribens ἐδολομαρτυρεῖ μετὰ τῶν θηρῶν ὁμοίως τῶν πορτοῦν δόμα ἡγρόμεν. Ex quibus verbis plane conficitur, ἐτίθεισαν idem esse quod κατασφάξεσαν.

ἡ καρδία ἐμὴ κωλύει τὸ πᾶν. Rufinus hunc locum longa circuitione verborum exposuit hoc modo: Intra seipsum semper cum Deo loquente, & in laudibus ejus ac precibus permanente. Optime. Nam oratio nihil aliud est quàm ἐμιλία πρὸς τὸν Θεόν. & ita eam definit Clemens Alexandrinus, cui consentit Proclus Philosophus in libro 2. Commentariorum in Timæum Platonis pagina 64. ubi de precatone elegantissime disserit ex Porphyrio.

κατὰ πάντων νικηφόροι. Sic ex codice Regio edidit Stephanus. Reliqui tamen codices Maz. Med. & Fuk. scriptum habent κατὰ πάντων νικηφόροι. Id est, de omnibus victores. Nicephorus verò ita hunc locum refinxit, κατὰ πάντας νικηφόροι, &c.

Ἐν ταῖς ταῦτα ἀφειδίαις. Novatianos intelligit, qui lapsis omnem spem indulgentiæ postea præcluserunt.

In Caput III.

τῶν δ' ἀμφοῖν μοντανῶν καὶ ἀλκιβιάδων καὶ θεοδοτοῦ. Hic Alcibiades, distinguendus est ab Alcibiade illo martyrum Lugdunensium collega, de quo supra. Nam hic quidem sanctissimus martyr fuit, ut apparet ex his quæ de illo referunt Lugdunenses. Alter verò cum Montano ac Theodoto, signifer fuit sectæ Cataphrygarum. De quo vide caput 16. & 17. hujus libri.

ἐν τῷ ἀλλὰ καὶ Ἐλευθερίου. Eleutherus Romanæ urbis Episcopus, à Montanistis primùm deceptus fuerat, qui falsâ pietatis imagine errorem suum calidè obtegebant. Adhæc literis atque exhortationibus Lugdunensium martyrum impulsus ad Ecclesiam Asiæ atque Phrygiæ epistolam scripserat de recipiendis in Ecclesiam Montanistis. Sed statim admonitus à Præxæ quodam Asiano, pacificas quas emiserat literas revocavit, & Aniceti decessoris sui auctoritatem secutus, novam prophetiam admittere recusavit, ut scribit Tertullianus in libro adversus Præxæam: Nam idem tunc Episcopum Romanum agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ & Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis & Ecclesiis eorum asseverando, & præcessorum ejus auctoritates defendendo, coegit & literas pacis revocare jam emissas, & a proposito recipiendorum Charismatum concessare. Baronius quidem, in hoc Tertulliani loco per Episcopum Romanum Anicetum intellexit. Verùm ego Eleutherum intelligi potius crediderim, tum ob ea quæ hic refert Eusebius de literis Lugdunensium martyrum ad Eleutherum datis de pace Ecclesiarum; tum ob id quod Tertullianus subnequit de præcessorum auctoritate. Quo nomine Soterem & Anicetum proculdubio designat, qui Montani prophetiam repudiaverant. Hic certe Tertulliani locus valde illustris est, & ex verbis Eusebii quæ nunc præ manibus habemus, maximam lucem accipit.

τῶν δ' ἐπισημίων εἰρήνῃ ἵνεκα ἀποστρέφοντες. Christophorus quidem hæc verba retulit ad solum Eleutherum Romanæ urbis Episcopum. Ego verò ad utrosque referri putato; tum ad Eleutherum; tum ad fratres in Asia & Phrygia constitutos. Consulti enim fuerant Lugdunenses & Viennenses à fratribus in Asia & Phrygia consistentibus, quid sentendum esset de pseudopropheta illa, quæ apud ipsos exorta fuerat; quidve agendum foret Montano, Theodoto aliisque, qui per Spiritus sancti graviam futura se prædicere jactabant. De his igitur Lugdunenses ac Viennenses presbyteri, ad Asianos sententiam suam perscripserunt peculiari Epistola; quam utinam hic quoque apposuisset Eusebius. Epistolas quoque martyrum eade re ad Asianos scriptas, suis literis adjecerant presbyteri Lugdunenses, ut sententiam suam auctoritate martyrum

A confirmarent. Quod si conicere licet, hæc illorum videtur fuisse sententia; Prophetas illos benigne tractandos esse. & ad pœnitentiam provocandos: ac si quidem resipiscerent, ad Ecclesiam admittendos esse, ut pax inter fratres solidetur. Si verò pertinaces in errore suo permanerent, nec post frequentes admonitiones obtemperare sacerdotibus vellent, ab Ecclesiæ corpore abscindendos. Porro ab iisdem Lugdunensibus presbyteris Irenæus Romam directus est ad Eleutherum Papam, cum Epistolis tam martyrum quam Lugdunensis Cleri, ut cum Eleuthero de iisdem rebus communicaret. Cum enim in omnibus Ecclesiasticis negotiis primæ essent partes Episcopi Romani, merito Lugdunenses hanc controversiam ad eum detulerunt: id agentes & omnibus modis studentes, ut Episcopi Romani auctoritate quæ semper summa fuit in Ecclesia, hæc apud Asiam orta dissensio sedaretur, & pax in Ecclesia restitueretur.

In Caput IV.

οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες. Blondellus in Apologia pro sententia Hieronymi cap. 8. pag. 26. negat martyres Lugdunenses dedisse literas ad Eleutherum Papam. Nam martyrium Pothini ac Lugdunensium contigisse affirmat anno 7. Imp. Marci, Christi 167. quo tempore Soter Rom. Ecclesiam administrabat. Martyres igitur Lugdunenses non potuerunt ad Eleutherum scribere, qui nondum Soteri successerat. Proinde Blondellus hanc Epistolam à Clero Lugdunensis Ecclesiæ scriptam esse contendit. Sed Blondelli vanitatem refellit Eusebius. Quid enim apertius his verbis? οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες καὶ τὸν εἰρηναῖον ἀποστρέφοντες τὸν ὄντα τῆς ἐν Λυδουσίῳ παροικίας τῶν τε δὲ πάλω θύοντι κατὰ νεμελίον ἐπισκόπου σιωπῶντων. Jam ergo ruit tota Blondelli argumentatio. Cum enim martyres Lugdunenses adhuc carcere positi scripserint ad Eleutherum Papam, qui teste Blondello Pontificatum inivit anno Christi 170. falsum est, quod ait Blondellus, illos anno Christi 167. passos esse martyrium.

μάρτυρες καὶ τὸν εἰρηναῖον. Baronius quidem ad annum Christi 179. cap. 53. ait Irenæum à martyribus Romam missum esse ad Eleutherum Papam. Idemque scribit Hieronymus in catalogo. Verùm ego non dubito, quin Irenæus Romam directus fuerit ab omni Clero Lugdunensis Ecclesiæ. Proficiscentem verò martyres commendarunt Eleuthero. Ad stipulatur nobis etiam Feu-ardentius, qui in vita B. Irenæi quam operibus ejus præfixit, Irenæum à Pothino & reliquis martyribus Lugdunensibus adhuc in carcere constitutis, ad Eleutherum Papam & in Asiam missum esse scribit. Certe has martyrum Epistolas de quibus hic loquitur Eusebius, vivente adhuc Pothino scriptas fuisse pro certo habeo. Neque enim credibile est post mortem Pothini Episcopi, destituta suo pastore Lugdunensium Ecclesia, confessores illos & martyres Christi Irenæum presbyterum tam procul amandasse: idque in ipso persecutionis ardore. Erat enim Irenæus præcipuum lumen & decus Lugdunensis Ecclesiæ, quemadmodum ex Epistola martyrum discimus: & quo uno maxime universa loci hujus Ecclesia sustentabatur. Quare non possum assentiri Baronio nec Feu-ardentio: quo-

rum hic quidem asserit Irenæum Romam ad Eleutherum Papam, atque inde in Asiam ac Phrygiam literas martyrum pertulisse: Baronius verò sola ad Eleutherum Papam legatione perfunctum esse contendit. Rogatus quidem fuerat Irenæus à martyribus & ab omni Clero Lugdunensis Ecclesiæ, ut literas ipsorum ad Eleutherum deferret: idque ipse se facturum promiserat, ut testatur Epistola martyrum hic ab Eusebio relata. Verùm cum Pothini mors subsecuta esset, Irenæus id præstare non potuit. Auctorem hujus sententiæ ac subscriptorem habeo Eusebium ipsum. Is enim scribit, statim post Pothini necem Irenæum in ejus locum subrogatum fuisse. Verba Eusebii sunt: ποθεν δὲ σὺ τοῖς ἐπιγαλῖαις μαρτυρήσασσι τελεωθῆναι ἔγραψαι. τῆς ἐκ λυγδουνῶν ἡ πόθεν ἤγειτο παροικίας πλὴν ἐπισκοπῆν ἀγέδ' ἔχεται. Quare non potuit Irenæus martyrum literas ad Eleutherum perferre post obitum Pothini. Tunc enim Irenæus erat Episcopus: cum martyres in suis illis ad Eleutherum literis quas Irenæo tradiderant, illum duntaxat presbyterum appellent. Dicit hic aliquis Irenæum ante mortem Pothini eas literas pertulisse. Verùm Eusebius hanc opinionem prorsus refellit. Nam in fine superioris capitis disertè testatur, Lugdunenses Epistolæ suæ quam ad Ecclesiæ Asiæ & Phrygiæ de martyrum suorum glorioso certamine conscripserant, subjecisse alias Epistolas, quas iidem martyres adhuc in carcere constituti, partim ad Ecclesiæ Asiæ & Phrygiæ, partim ad Eleutherum Papam exaraverant. Has autem Lugdunensium literas, finita demum persecutione scriptas fuisse certissimum est. Contrà verò martyrum literæ, ad Eleutherum Papam & ad Asianos, in ipso persecutionis actu, & in carceris claustris exaratae sunt, ut testatur Eusebius. Quas Lugdunenses cum aliquanto temporis spatio recuivissent, opportunum videlicet tempus ad eam legationem opperientes: tandem sedata persecutione & pace Ecclesiæ suæ restituta, ad Eleutherum Papam & ad Asianos adjunctâ Epistolâ suâ direxerunt. Ex quo apparet, diu post mortem Pothini illas martyrum Epistolas Romam atque in Asiam perlatas fuisse.

πατρὸς ἐπιθεῖται. Codex Reg. Maz. & Fuk. habent ἐλευθερίου, quibus consentit Nicephorus & Ruphinus. Sunt tamen qui hunc Pontificem Romanum Eleutherium nominant; inter quos est Nicephorus Patriarcha C. P. in Chronographia tripertita, quam Anastasius Bibliothecarius latinè vertit: & Georgius Syncellus, & vetus Interpres Irenæi in lib. 3. contra hæreses. Porro in codice Maz. ac Mediceo ante hæc verba χαιρὸν ἐν Θεῷ σε, &c. paulo majoribus literis; in Mediceo etiam miniatis scribitur ἐπιστολῆς, spatio utrimque relicto: ut noetur hanc esse Epistolam martyrum Lugdunensium.

In Capite V.

Fig. 169. τῆς δὲ ἀδελφῶν Μάρκον Αὐρήλιον. Graviter hic fallitur Eusebius, qui M. Aurelium fratrem fuisse ait Imp. Antonini, cum tamen unus idemque fuerit M. Aurelius Antoninus. Hujus autem adoptivus frater, non Marcus, sed Lucius Ælius Verus dictus est, ut cuncti sciunt. Verùm is qui contra Germanos & Sarmatas pugnavit, & cui pugnanti repentinum imbrem ad sedandam militum sitim Deus

indulxit, non est Lucius Ælius Verus, sed M. Aurelius Antoninus, ut omnes Historici testantur, & ipse Eusebius in Chronico; qui id factum referunt anno 14. Antonini, id est, quatuor aut quinque annis post obitum L. Ælii Veri.

τοῖς ἐπι τοῖς μελιτινῶν. Xiphilinus τοῖς δὲ μελιτινῶν habet: quasi Melitina nomen fuerit non legionis ipsius ut vult Eusebius, sed potius regionis ex qua primum conscripti fuerant milites. Est autem Melitina Regio Cappadociæ, inter Commagenem & Cataoniam sita, teste Strabone in lib. 12. qui eam nullas habuisse urbes dicit. Postea tamen Melitina urbs exstitit satis nobilis, quæ nova provinciarum divisione facta, minori Armeniæ attributa est, ut docet Amm. Marcellinus: qui quidem eam semper Melitinam nominat. In codice Maz. Med. Fuk. & Saviliano scribitur μελιτινῶν, accentu in ultima syllaba.

ὁ μὲν δὲ τῶν ἡμετέρων ἰσχυαί. Gentiles Scriptores qui hujus rei meminerunt, alii quidem, magorum incantationibus pluviam impetitam esse dixerunt: alii verò precibus Imp. Marci. Ita Capitolinus in Marco, & Claudianus in 6. Consulatu Honorii. Quin etiam precationis ipsius verba referunt, quibus usus est Marcus. Hanc, inquit, orationem ad te Jupiter tendo, quæ nullius unquam sanguinem fudit. Themistius in oratione nonnulla edita ad Imperatorem Theodosium, quæ inscribitur: τῆς ἡ βασιλικῆς κατὰ τὴν ἀριστερῆν, ἀπὸ τοῦ τοῦ ἡμετέρου αὐτοκράτορος, ἡ τὸ αὐτὸ ἐπὶ πάντων ὁ εὐσεβὴς καὶ εὐσεβῆσαι τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς προφήταις, ἀναγινώσκων ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ ὑμῶν ταῦτα ἰσχυρῶς παρακαλεῖται. ὁ μὲν δὲ κατὰ τὸν Θεὸν τῆς ἰσχυρίας, ὡς ἐκείνου ἐλθόντος ἀποδοθήσεται τοῖς στρατιώταις. Adhuc Themistius vidisse se pictam in tabula hujus rei imaginem: Imperatorem quidem in acie Deos precantem, milites verò galeis imbrem excipientes, & aquam cælestis missam bibentes.

καρῶν ὄβελον. Jam dudum monuit Scaliger in advertionibus Eusebianis, legionem fulminatricem ab hoc miraculo cognominatam non fuisse, quippe quæ diu ante tempora M. Antonini ita vocata fuerit. Docet id manifeste Dio Cassius in libro 55. ubi legiones omnes enumerat. Vetus quoque inscriptio à Scaligero prolata, id ipsum confirmat. Quam obrem de ipso quidem miraculo pluvia à Christianis militibus impetrata, & Apollinari & Tertulliano testantibus facile credimus, legionem verò Melitinam ob id fulminatricem esse dictam à M. Antonino Imp. nondum mihi persuasit Apollinaris. Dicit forte aliquis, fulminatricem quidem legionem fuisse ante tempora M. Antonini; sed Marcum ob acceptum à Melitina legione beneficium, ei quoque fulminatricis cognomen indidisse. Verùm si ita esset, secundam fulminatricem dici debuerat. Dio tamen nullam ejus mentionem facit, quamvis omnes legiones à Imperatoribus principibus conscriptas accurate recensat. Sed & fulminatricem illam in Cappadocia sedere habuisse dicit, quod Melitinæ legioni aspicere non venit. In Notitia Imperii Romani, sub dispositione Ducis Armeniæ recensetur Præfectura legionis 12. fulminæ Melitinæ, id est, apud oppidum Melitinam constituta. Ex quo colligitur Melitinam

nomen legionis non fuisse, sed oppidi, in quo legio 12. fulminea consistebat. Legionem vero à locis in quibus præsidium agebant, denominare moris non fuit, sed à regionibus in quibus erant conscriptæ. Itaque quod de legione Melitina tradit Eusebius, parum mihi probabile videtur. Adde quod Rufinus hoc legionis nomen consultò, ut arbitror, prætermisit; quippe qui nosset Melitinam nomen esse oppidi minoris Armeniæ, in quo legio 12. fulminea adhuc sua ætate prætenderet. Recte etiam idem Rufinus *καρανοβόλου* fulmineam vertit; non fulminatricem, ut Onuphrius & Scaliger aliique appellant. Quos refellit Notitia Imperij in loco quem superius adduxi. Ceterum ut ingenuè dicam quod sentio, parum mihi probabile videtur, totam legionem militum Romanorum eo tempore Christianam fuisse, quod tamen affirmare videtur Eusebius. Qui & in eo peccat, quod Apollinaris locum non protulit, nec librum ipsum, in quo hæc Apollinaris scripserat, indicavit. Sed & verba quibus totam hæc narrationem concludit, satis indicant ipsum de veritate rei dubitasse. Sic enim ait: *ἡμὰ ταῦτα μὴ ὄπισθε τῆς ἀληθείας*. Id est, sed de his quisque pro arbitrio suo judicet.

τῆς ῥωμαϊκῆς συγγράμματος *προσφορῆς*. Hunc locum emendavimus ex manuscriptis codicibus Mazar. Med. Fuk. & Savilij, qui discrete scriptum habent *τῆς ῥωμαϊκῆς συγγράμματος*, non ut Rob. Stephanus Regium codicem secutus ediderat *τῆς ῥωμαϊκῆς τῆς συγγράμματος*, &c. Quamquam Apologeticus Tertulliani proprie non Senatui Romano, sed Præsidibus provinciarum, eundemque Magistratibus Imperij Romani est nuncupatus. Qui quoniam c. Senatu ut plurimum eligebantur, ideo dici potest, Apologeticum illum Senatui Romano dictum esse.

ἡ δὲ δίκαιον ἀπειθεῖαι. Verba Tertulliani sunt hæc in Apologetici cap. 5. *Qui sicut non palam ab eiusmodi hominibus penam dimovit, ita alio modo palam dispersit; adjecta etiam accusatoribus damnatione & quidem terriore*. In edic. M. Aurelij quod supra retulit Eusebius lib. 4. cap. 13. pœna accusatoribus Christianorum proponitur his verbis: *ὁ δὲ καταφύγων ἐνοχοῦσθαι δίκαις*. Id est, delator verò pœnæ subiaceat. Ubi notandum est, Imperatorem pœnæ genus non definiisse, sed eam judicantis arbitrio permisisse, ut habita ratione dignitatis ejus qui delatus fuisset, & ejus qui reum detulisset, accusator à judice puniretur. Eiusdem legis meminit Eusebius infra cap. 21. hujus libri ubi de Apollonio.

ὁ καὶ ἡμῶν μόνων ἵπποται ἀσεβῆς. Scribendum puto: *ὁ καὶ ἡμῶν μόνων ἵπποται ἀσεβῆς*, &c. Sic enim ait Tertullianus: *Quales ergo leges istæ, quas adversus nos solum exercent impij*. In codice Med. Fuk. & Saviliano scribitur: *ὁ καὶ ἡμῶν μόνων ἵπποται ἀσεβῆς*. Quæ lectio & à verbis & à sensu Tertulliani longius recedit. Ceterum pro *μόνων* codex Maz. & Fuk. scriptum habent *μόνον*.

ἐπιλαϊοὶ τῆς ἐν λουζδούνῳ παροικίας. Baronius quidem anno Christi 180. electionem Irenæi collocavit. Nam post mortem Pothini quæ contigit anno Christi 179. cessavisse ait Episcopatum Lugduni, donec perlecutionis furor deferverit. & Irenæus qui Romanus à Pothino & à Lugdunensi Ecclesia missus fuerat, domum reveritus esset. Sed nos supra

non infirmis rationibus demonstravimus, Irenæum legationem illam non obiisse. Itaque nihil jam vetat, quominus Irenæi ordinatio, in eundem annum quo Pothinus est mortuus, conferatur.

In Caput VI.

τῆ αὐτῆς διδασχῆς. Sic habent etiam nostri codices. *Malim tamen scribere διὰ δὲ αὐτῆς*, cum Christophorono & Savilio & cum veteri Interprete Irenæi.

In Caput VII.

ἰποζωφάδας ἰσοείας. Hujus verbi vim ac proprietatem non satis expresserunt Interpretes. Musculus enim vertit *subject*, quod est ineptissimum. Christophoronus pro simplici verbo accepit. Verum *ἰποζωφάδες* aliquid amplius significat; nempe *delincere & adumbrare*, metaphorâ ductâ à pictoribus. Possit etiam interpretari *subscribere*, quod idem est ac *consentire & suffragari*.

πολλοὶ πολλοῖς. Apud Nicephorum in lib. 4. c. 13. deest vox *πολλοὶ*, quam nec vetus Interpres Irenæi, nec Rufinus agnoscit. Itaque expungenda est, ut pote quæ sensum turbet. Paulo post ubi legebatur: *μῆ τις εἰς πολλοὺς ἀγνοίας*, restituiimus *ἡ λιταρείας*, ut legitur apud Nicephorum, & in quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. & Savil. quibus subscritbit vetus Interpres Irenæi & Rufinus.

τοὺς καθαραιδίνας. Sic etiam Latini purgari dicebant eos, qui immundis spiritibus liberabantur. Ambrosius in lib. 7. Epistolarum, Epist. 2. Paulinus in vita Ambrosii. Occurrit ea vox & in can. 14. Concilij Arausicani. Severus in Dialogo primo de vita Martini cap. 14. *Quinto demum mense purgatus est non solum Damonis, sed quod illi erat utilis & optatus, vanitate*. Sed & in lib. 1. de vita Martini, titulus capituli 17. in MS. codice hic est: *Vox Damoniaci furentis digitos in os intulit, & confessum purgavit*. Eucherius in passione sancti Mauricij: *Hæc duo, inquit, miracula passionis Martyrum inserenda. Ceterum satis multa sunt, quæ vel in purgatione Damonum, vel in restauratione claudorum, &c.* Ita legitur in vetustissimo codice Mosciacensi, non ut Surius edidit: *expugnacione Damonum*. Porro in quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. & Saviliano scriptum est: *αὐτὸς ἐκείνου τοὺς καθαραιδίνας*. Qui articulus deest in Regio exemplari, & in editione Stephani.

παρήμενας ἡμῶν. Rectius in codice Maz. Med. & Saviliano, necnon apud Nicephorum legitur: *παρήμενας οὐκ ἡμῶν*. Fuketianus habet *παρήμενας ἐν ἡμῶν*.

In Caput VIII.

ἡραθὴ πᾶσα διδασχῆς. Post hæc verba, codex Maz. *ἡραθὴ πᾶσα διδασχῆς*. & Med. has voces interferit: *τοῦτον δὲ ἡ ὀ ἐπιλαϊοὶ* *λῶ*, quæ tamen videntur esse superflua, & à Scholiaste quodam ad marginem adscriptæ. Habentur tamen etiam in Fuk. & Saviliano.

μὴ δὲ τῶν τούτων ἕξοδος. Nescio qua ratione Christophoronus huic Irenæi locum interpolavit, & pro vulgata lectione, quam omnium codicum consensus, & Rufini auctoritas veterisque Interpres Irenæi confirmant, hanc maluerit substitutere *μὴ δὲ τούτων τῶν ἕξοδος*. An fortasse timuit, ne

hæc Irenæi ratio parum consentiret cum illis, quæ supra tetulit Eusebius in libro 2. ex Papiæ & Clemente Alexandrino, qui Evangelium Marci vivente adhuc Petro, Romæ editum esse & ab eodem confirmatum tradiderunt. Quibus plane refragatur Irenæus hoc loco, dum Evangelium Marci post interitum Pauli ac Petri scriptum esse affirmat. Sed quid mirum, si hac in re antiqui Patres inter se dissentiant, cum de sacrorum Evangeliorum scriptione nihil ferre certi habeamus, nisi quatuor tantum esse, & à quatuor auctoribus scripta. Quo autem tempore, & quam ob causam scripta sint, & an Matthæi Evangelium, Hebraico primùm sermone fuerit exaratum, parum constat.

μονονυχίου φέσκων. Locus Irenæi exstat in libro 4 contra hæreses cap. 37. sed paulo aliter conceptus. Nec enim Irenæus Salomonis locum nominatim citat ex capite 6 Sapientiæ, sed tantum ad eum alludit. Quare Eusebius non sine causa addidit *μονονυχίου*, id est, tantum non ita dicens. Ceterum præter Irenæum etiam Hegesippus utitur testimoniis ex libro Sapientiæ Salomonis; ut videre est in cap. 23. lib. 2 ubi martyrium Jacobi refertur ex Hegesippo. Neuter tamen, nec Hegesippus nec Irenæus, librum illum vocat Sapientiam Salomonis. Quippe veteres omnes Ecclesiastici Scriptores, Sapientiam Salomonis appellant librum illum qui hodie Proverbia inscribitur. Liber autem ille qui titulum Sapientiæ Salomonis hodie præfert, *Λευδπηρχαφ* est teste Hieronymo: quamvis Eusebij ætate ita appellaretur, ut ex hoc loco discimus, & ex capite 26. infra, ubi Eusebius ait, Irenæum in dialogis proferre testimonia ex libro qui dicitur Sapientia Salomonis.

δοκμημονιμάτων. In hujus vocis interpretatione ambo lapsi sunt Interpretes. Nam Musculus quidem *Commentarios* vertit, Christophorus autem *libros*; neuter bene. Atqui Rufinus recte ipsis præiverat, & quasi faciem accenderat ita vertens: *Sed & Apostolicis cujusdam viri sermonum quasi memoriter meminit.* *δοκμημονιματα* sunt dicta Sapientum quæ memoriâ repetuntur. Sic Xenophon libros scripsit *ἢ Σωκράτους δοκμημονιμάτων*, id est, dictorum Socratis quæ memoriâ recolebat. Si quis in eo loco Socratis libros interpretaretur, erraret proculdubio, cum Socrates nullos libros scripserit, ut fati constat. Eo sensu *δοκμημονιματων* sumit Papias apud Eusebium supra, in fine libri tertij.

ὡς Θεοδοτίων. Ex Scriptoribus qui Theodotionis mentionem fecere, nullus exstat antiquior Irenæo. Quare videndum est, an ex eo Theodotionis ætas elici possit. Epiphanius in libro de ponderibus, auctor est Theodotionem sub Commodio floruisse, & interpretationem suam edidisse. Epiphanius sententiam secutus est auctor Chronici Alexandrini, qui anno sexto Imperatoris Commodi Theodotionem opus suum edidisse prodit. Mihi tamen videtur paulo antiquior esse Theodotio. Nam cum Irenæus eum nominet in libris contra hæreses, quos quidem libros ab Irenæo scriptos esse constat Pontificatu Eleutheri (id enim ipse testatur in libro 3. illius operis) prorsus necesse est, ut Theodotionem ante pontificatum Eleutheri floruisse dicamus. Ceterum in eodice Mazarino vox *νεῖν* circumflectitur.

κρατῖνοι πῶ ἀρχῶν αὐτῶν. In nostris exemplaribus Maz. Med. & Fuk, verbum *κρατῖνας* circumflectitur.

Πῶλημαὶ & *ὁ Λάγου.* Sacrorum librorum Græcum interpretationem, sub Ptolemæo Lagi filio factam fuisse, nonnulli ex veteribus prodiderunt, ut testatur Clemens Alexandrinus in libro 1. Stromateis, & Anatolius in computo Paschali, & Theodoretus in præfatione Commentariorum in Psalmos. Alii sub Ptolemæo Philadelpho id factum esse memorant. Quæ quidem opinio, cum plurium Scriptorum auctoritate firmetur, tandem prævaluit. Anatolius interpretationem illam septuaginta scilicet, tam sub Ptolemæo Lagi filio, quam sub eius successore Philadelpho factam esse confirmat. Quod certe mihi videtur admodum probabile. Nimirum Aristobulus, Josephus ac Tertullianus discrete sciabant, Demetrium Phalereum auctorem hujus rei fuisse Ptolemæo; constatque eundem Demetrium Phalereum in summa gratia & auctoritate fuisse apud Ptolemæum Lagi filium, & paulo post eam interitum è vita migrasse; omnino necesse est ut interpretationem illam, si quidem curante Demetrio facta est, sub Ptolemæo Lagi filio inchoatam fuisse dicamus. Cumque Philadelphus benigno circiter una cum patre regnaverit, adfectu ab eo in consortio regni, ideo fortasse interpretatio illa sub utroque Principe facta esse memorant. Hæc cum scripsissem, postea comperi D. Petavium eadem fere sensisse in animadversionibus ad Euphanium.

μεταβιβλημένας τὰς γραφάς. Sic etiam Clemens Alexandrinus ait libros omnes, tam legis quam Prophetarum, à 70. Senioribus in Græcum sermone conversos fuisse; cui subscribit Theodotus in loco supra citato, & Olympiodorus in Commentariis ad librum Job, & reliqui fere omnes. Aristobulus tamen & Josephus, ambo Judæi Scriptores, legem duntaxat ab illis Græce interpretatam fuisse innuunt. Aristobulus quidem hæc verba sunt apud Eusebium in lib. 13. præparationis: *ἢ δὲ ἄλλο ἱερῶν τῶν νόμων παρὰ τὸν ἦν τὸ ἀποστολικὸν τῶν ἀδελφῶν, &c.* Josephus verò in proemio Historiarum de antiquitate Judaica ita scribit: *ἴδρον τῶν ἰσραηλῶν μὴ ὁ δεύτερος βασιλεὺς αὐτῶν παιδείαν καὶ βίβλων συναγωγῆν ἀποστάσας, ἐξείρηται ἰσραηλιτῶν τὸν ἡμῶν νόμον, καὶ πῶ κατ' αὐτὸν διατάξας τὰς βίβλους εἰς τὴν ἑβραϊκὴν μεταβάλειν.* Et paulo post idipsum declarat apertius his verbis: *εὐδὲ γὰρ πάντα ἐκείνος ἐφθῆλασεν πῶ ἀναγραφῶν ἀλλ' αὐτὰ μῦστα τῶ νόμου παρέδωκεν οἱ συμφθένης ἐπὶ πῶ ἐξέγραψε πρὸς πῶ ἄλλ' ἐβραϊκῶν.* Idem scribit in lib. 12. Antiquitatum cap. 2. & in lib. 2. contra Apionem non procul ab initio. Sed responderi potest, Judæos legis nomine Prophetas interdum comprehentes, ut notat Drusus in cap. 11. Responsionis ad Minerval Serarj. Cui explicationi favere videtur Josephus in lib. 2. contra Apionem, ita scribens de Ptolemæo Philadelpho: *ἐπιθυμητὸς ἐβλήτο τὴν γραμμάτων ἡμετέρων νόμον, καὶ τὰς τῶν ἰερῶν γραφῶν βίβλους ἐντυχεῖν. ἐπέμλε γοῦν ἀξίων ἀδελφῶν διασώζοντας τὸν ἰσραηλιτικόν αὐτῶ τὸν νόμον.* Vide præfationem Masii in Græcam editionem Josuz.

ποιήσαντ' ὁ θεὸς. Lego cum Christophorus & Sav. *ποιήσαντ' αὐτῶ ἀπὸ βούλητος*, tametsi eodice

nostri & Nicephorus nihil mutant; nisi quod ἡ εὐ-
λιτο habent, non ἐβόλητο.

ἡμεῖς ἀντὶ τῶν ἀπὸ Μάλων. Justinus quidem 70
Seniores singulos seorum in singulis cellis à Ptole-
mæo collocatos esse scribit. Epiphanius verò in li-
bro de ponderibus & mensuris ait binos in singulis
cellis constitutos fuisse. Sed Irenæi verba propius
ad Justinii narrationem accedere videntur. Alii to-
tam hanc de septuaginta cellis narrationem irrident:
quarum nec apud Josephum & Aristeam, nec apud
Philonem ulla fit mentio.

ἀναγορεύσαντων. Recitare vultit vetus Interpres
Irenæi. Aristæas tamen & Josephus non ipsos 70.
Seniores, sed Demetrium Phalereum interpretationem
illam pro concione recitasse scribunt. Verùm
liber ille Aristææ, à Judæo quodam Alexandrino
confictus est, ut recte observavit Scaliger in animad-
versionibus Eusebianis. Certe Epistola Demetrii
Phalerei ad Ptolemæum Philadelphum, falsitatem
suam satis prodit. In ea quippe laudatur Hecataeus
Abderites, cuiusque testimonium tanquam vetusti
Scriptoris adducitur; cum tamen constet eum De-
metrio Phalereo haudquaquam antiquiorem esse.
Vixit enim Hecataeus ille sub Alexandri Magni suc-
cessoribus, ut testatur Suidas alijque. Josephus qui-
dem in libro primo contra Apionem, ait Hecataum
Abderitam cum Ptolemæo Lagi filio familiariter ef-
severatum. Æquales igitur fuerunt Hecataeus, &
Demetrius Phalereus. Adde quod Epistola illa De-
metrii Phalerei quam adducit Aristæas, plane insulsa
est & barbaris vocibus plena; cum tamen constet
Demetrium, utpote Atheniensem, eloquentissi-
mum fuisse. Quid quod idem Aristæas Heptastadij
mement, quod tamen post Philadelphii tempora à
Regibus Ægypti edificatum est, ut notavi in Com-
mentariis ad Amm. Marcellinum.

In Caput X.

ὁ δὲ εἰς ἡμᾶς παρατίθεται. Non dubito quin Eu-
sebius scripserit: ὁ δὲ εἰς ἡμᾶς παρατίθεται τὸ
ἐν λόγῳ καὶ τῇ περὶ τῆς θεῖας αὐτοῦ δύνατῶν συγκρο-
τήσεως περιλήψεσθαι.

αὐτοῖς τὴν ἑβραίων γράμματα πλὴν τῶν μαθηταίων κατα-
λήψαι γραφῶν. Rufinus & Hieronymus in Catalo-
go ait Pantænum ab India redeuntem Alexandriam,
Evangelium illud Matthæi Hebraicis literis scri-
ptum secum detulisse. Verùm Eusebius id non di-
cit. Quod enim addit Eusebius: ὁ δὲ εἰς ἡμᾶς
τὸν ἀποστόλου γένος, hoc tantum tibi vult, exemplar
illud Bartholomæi ad Pantæni usque adventum in
Indiam, servatum fuisse. Ita Nicephorus in lib. 4.
cap. 32. hæc Eusebii verba recte exposuit. Cui tam-
en non assentior in eo quod dicit, Evangelium il-
lud Matthæi quod apud Indos reperit Pantænus, à
Bartholomæo ibi dictatum fuisse. Crediderim potius,
codicem illum Evangelij à Bartholomæo illuc
à Judæa delatum fuisse. Porro Evangelium Mat-
thæi Hebraico sermone scriptum, in Cæsariensi Bi-
bliotheca à Pamphilo Martyre collecta servatum
fuisse adhuc suæ ætate, testatur Hieronymus in Ca-
talogo. Vereor tamen, ne id potius fuerit Evange-
lij secundum Hebræos, quo utebantur Nazaræi.
Hoc enim Hebræorum Evangelium, quidam Mat-
thæi authenticum esse existimarunt, licet falsò, ut

A scribit idem Hieronymus in Commentariis in Mat-
thæum.

ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι. Non probo inter-
pretationem Christophorsoni qui vertit: *Proprietate
relicta facta*. Rectius Mulculus interpretatus est
hoc modo: *Hic igitur Pantænus postquam multa recte
fecisset, Alexandrina schola præficitur.*

In Caput XI.

ἐν αἷς συντάξεν ὑποτυπώσεων. Dispositionum li-
bros vertit Rufinus & Hieronymus, quos deinde
ceteri fere omnes secuti sunt. Ego tamen institutio-
nes sive informationes malim vertere. Ita Sextus
Empiricus libros Pyrrhoniæ hypotyposeon in-
scripsit, id est, institutionum Pyrrhonicæ sectæ.
ὑποτύψεις pro instructione seu institutione sumit-
ur in Concilio Nicæno secundo, ubi Patres de qui-
busdam sententiis sacre Scripturæ pronuntiant eas
esse scriptas εἰς ἡμετέραν ὑποτύπωσιν. Recte ergo
Rufinus in lib. 6. c. 11. hos Clementis ὑποτυπώσεων
libros, latine informationum dici posse scribit. Por-
ro ij Clementis libri continebant brevem & com-
pendiariam utriusque testamenti expositionem, ut
testatur Photius in Bibliotheca. Ob errores autem
quibus scatebant, negligentius habiti, tandem perie-
runt. Nec alia meo quidem iudicio causa est, cur
Papiæ & Hegeßippi aliorumque veterum libri inter-
ciderint. Excerpta tamen ex Theodoto quæ post
ερωματίας leguntur, descripta videntur ex libris hy-
potyposeon; quod miror à nemine adhuc animad-
versum fuisse. Id autem colligitur, tum quod in illis
Theodoti excerptis eadem traduntur de Christo,
quæ Photius in libris hypotyposeon à se lecta esse tes-
tatur: Tum quod auctor eorum excerpto-
rum sub finem Pantænium magistrum suum appel-
lat. Sic enim ait: ὁ Πάντανος δὲ ἡμῶν ἱερο-
γῆς. Fuit autem Pantænus Clementis Alexandrini
præceptor, ut scribit Eusebius, quem Clemens in il-
lis hypotyposeon libris idem talem laudabat, sicut
Photius refert. Porro Theodoti excerpta laudat et-
iam Victorinus Petabionensis Episcopus in Com-
mentario ad Joannis Apocalypsim.

ἑποσημανόμενον. Tres nostri codices Maz. Med. Pag. 176.
& Fuk. scriptum habent ἑποσημανάμενον. Sed vul-
gata lectio melior videtur.

τῶν κοίτης ἀπὸ τῶν συρίας. Ex duobus viris à
Clemente memoratis, male Interpretes hoc loco
quatuor fecerunt. Duos enim sacrarum literarum
Doctores à se auditos hic memorat Clemens; al-
terum in Achaia, qui Jonicus dicebatur; alterum
verò in Italia; & horum quidem alterum è Cælesyria
oriundum fuisse: alterum autem Ægyptium. Præ-
ter hos duos, alios quoque in Orientis partibus ab
se auditos esse subjungit: alterum Assyrium genere,
quem Tatianum esse suspicor: alterum Hebræum ex
Palæstina, quem Theophilum esse Cæsariensem E-
piscopum credit Baronius ad annum Christi 185.
Assyrium verò illum idem Baronius Bardesaneum esse
opinatur. Ego verò Hebræum illum ex Palæstina
oriundum, potius Theodotum esse crediderim: id-
que ex eo conjicio, quod Epitome hypotyposeon
Clementis inscribitur: ἐν τῶν Θεοδότου ἀνατολικῆς
διδασκαλίας. Clemens enim ea quæ à Magi-
stris in Oriente didicerat, vocat ἀνατολικῶν δι-
δασκαλίαν. Theophilum verò Cæsariensem hic

à Clemente non designari, duo mihi argumeta persuadent. Primum, quod Theophilus æqualis fuit Clementis. Floruit enim temporibus Victoris Papæ, ut ex Eusebio discimus. Deinde Theophilum hunc, Hebræum, aut quod idem est Judæum fuisse, nemo veterum dixit. Jam verò quod spectat ad Bardefanem, neque hic à Clemente intelligi potest. Non enim Assyrius fuit Bardefanes, sed Odroenus: oriundus Edessa, quæ caput est Odroenzæ.

Θηράσας λιηθούτα. Posthæc verba sequuntur quædam apud Clementem, quæ Eusebius omittere non debuerat. Ex his enim colligi videtur, Pantænum ex Sicilia oriundum fuisse. Annon id aperte innuunt Clementis hæc verba? σικελικὴ τῶ ὄντι ἡ μιλίτια, &c. Cum enim præcedentibus verbis Clemens Pantænum designet, ut testatur Eusebius, hæc quoque ad eundem Pantænum referantur necesse est. Siculam igitur apem cum nominat Clemens, eo quòd è Sicilia esset oriundus. Cur enim Siculam potius apem cum vocaret, quàm Atticam? Petrus Halloixius in vita Pantæni, ait illum fuisse genere Hebræum, idque ex Clementis verbis colligit. Verùm Clemens plane contrarium innuit. Nam Hebræum quidem illum ait à se audium esse in oriente: Pantænum verò in Ægypto.

In Caput XII.

αἱ τ' αὐτοῖσι διαδραγαί. Nobiles Ecclesiæ, & præsertim quæ ab Apostolis institutæ fuerant, Episcoporum suorum successionem in archivis reconditam diligentissime servabant; eorum nomina & obitus diem in diptychis perscribentes. Hujusmodi libros accurate excussèrat Eusebius noster, sicuti ex hoc loco apparet: qui præcipuarum sedium Episcopos, non aliunde quàm ex hujusmodi tabulis digessit. Quamobrem successiones Episcoporum quæ in historia & in Chronico Eusebii recensentur, maximi faciendæ sunt, utpote omnium vetustissimæ ac certissimæ.

ἡ οὐάληντα. Ante hunc Valentem desunt nomina duorum Episcoporum, Maximi scilicet & Antonini, quæ per negligentiam librariorum omiſsa sunt. Nam cum Eusebius Narcissum Hierosolymorum Episcopum quintumdecimùm à Marco, & tricesimum ab Apostolis fuisse affirmet, id omnino stare non potest, nisi duos hic Episcopos addideris. Certe Eusebius in Chronico, post Capitonem vicesimo sexto ab Apostolis loco recenset Maximum ac deinde Antoninum: posthæc Valentem ac Dolicinianum, tum deinde Narcissum. Cum Eusebio consentiunt Georgius Syncellus & Nicephorus; nisi quod inter Julianum & Capitonem Heliam quendam interserunt, quem Eusebius non agnoscit.

In Caput XIII.

Παγ. 177. ἡπέλλης ὁ τῆ πολιτεία σεμνωρόμη. Rufinus vertit: Qui abstinentiæ & senectutis prerogativa usum, &c. Recte. nam πολιτεία simpliciter & absolute poni solet pro abstinentiæ & strictiore quadam disciplina. Ita Clemens Alexandrinus in exordio libri primi Stromat. bis usurpat. Sed non video, quomodo Apelles jacitare se ob continentiam potuerit, qui à Marcione ob stuprum eiectus, Alexandriam se-

cessit, ut auctor est Tertullianus in libro de præscriptionibus. Quocirca videndum, ne vox πολιτεία hoc loco aliud quicquam significet, & pro Decurionatu sumatur. Nam Decuriones, πολιτικοὶ ἢ πολιτευταὶ dicebantur à Grecis, ut pluribus vocari ad Amm. Marcellinum. Posset etiam quis suspicari, scribendum hic esse τῆ πολιτῆ συμ. ἢ τῆ πολιτῆ. Nam senex Apelles vulgò dicebatur. Sic eum nominat Rhodon infra, & Hieronymus in Catalogo. Confirmat hanc emendationem Eusebius in lib. 6. cap. 19. ubi de Alexandro Episcopo.

ἐναυτῆς μαρίων. Hæc est codicis Regii lectio, quam confirmat interpretatio Rufini. Sic enim ille: Alii autem, sicut ipse nauta Marcion, duo esse principia introducunt. Certe Tertullianus in libro de præscriptionibus, testatur Marcionem initio nauticalium fuisse. Vbi tunc, inquit, Marcion Ponticus nauclerus, Stoica studioſus? In reliquis tamen exemplaribus Maz. Med. & Fuketij, nec non apud Nicephorum desunt hæ voces ἐ ναυτῆς.

πότιμα. Rectius in codice Maz. Med. Fuk. & Saviliano legitur πότιμα. Sic enim Theodoretus in libro i. hæreticarum fabularum, & Rufinus eum nominant.

τὸ δὲ πάντων ἀσαφές αὐτοῦ. Rufinus legit ἐπιπέτοι, ut ex versione eius constat quæ sic habet: Manifeste tamen decernebat de Deo, sicut prædictum, unum esse principium. Quam lectionem lecturæ etiam Christophorus. Verùm hæc interpretatio ferri non potest. Primum enim verbum ἐπιπέτοι passivam habet significationem. Deinde, nuntum abest ut Apelles disputationem de Deo, manifestam atque expeditam esse diceret. Quin potius crebat, rem esse omnium obscurissimam; proculque nihil sciri posse de Deo, ac ne ipsos quidem prophetas quidquam de Deo manifeste, atque veres esse pronuntiasse, quemadmodum infra docet Athodon.

ἡ ἰσὺν μὴ ἐπίστασαι. In eo quidem non valde reprehendendus erat Apelles, quod diceret nescire, quomodo unus esset ingenitus Deus, se tamen ita credere. Verùm in eo abetabat, quod prophetias quibus ea de uno & ingenito Deo doctrinam tradidit, prorsus repudiabat; & quod Philosophiam imperitissimam, aliorum se Doctorem profitebatur. Hac de causa meritò à Rhodone suggillatur.

In Caput XV.

παρὰ πλῆθος πλώματι. Duplici modo explicari potest vox πλώμα. Rufinus quidem & Christophorus pro errore sumpsit. Erat Eusebius hanc vocem alicubi usurpavit, ut memini. Nicephorus verò pro exaucloratione sumpsit, & Blastum grati presbyterij pulsum, perinde ac Florinum, intellexit.

In Caput XVI.

τῶν εἰρημένων δὴ τις. Ita quidem ex eo dice Regii edidit Rob. Stephanus. Verùm in optimis codicibus Mazari. ac Med. desunt duæ postremæ voces εἰρημένων. In Fuketiano autem ita scriptum habetur τῶν εἰρημένων, ἢ δὴ παρωτων, &c. Porro quisnam sit iste ex cuius libro adversus Cataphygas testimonium hic adfert Eusebius, variæ sunt Scriptorum opiniones. Rufinus quidem & Nicephorus in lib. 4. cap. 11.

cap. 27. eosque secutus Baronius, hunc Apollina-
 rem Hierapolitanum esse existimavit, quem pau-
 lo ante nominavit Eusebius. Hieronymus vero in
 libro de Scripturis Ecclesiasticis Apollonium
 esse credidit, graviore errore. Idem tamen de Mil-
 tiade loquens, Rhodonem hujus libri auctorem vi-
 detur facere. Nam in Apollonio quidem hæc dicit:
*Apollonius vir disertissimus scripsit adversum Monta-
 num, Priscillam & Maximillam insigne & longum
 volumen, in quo asserit Montanum & insanus vates
 perisse suspensio.* In Miltiade vero sic ait: *Miltia-
 des cuius Rhodon in opere quod adversus Montanum,
 Priscillam, & Maximillamque composuit, recorda-
 tur, &c.* Sed utrobique memoria habitur Hiero-
 nymus, dum Apollonio & Rhodoni tribuit, quæ
 dicta sunt à Scriptore innominato, cujus hic frag-
 menta refert Eusebius. Hunc porro non esse Apol-
 linarem Hierapolitanum, ex eo patet, quod Apol-
 linaris quidem adversus Cataphrygarum hæresim
 adhuc nascentem liberos scripsit, ut testatur Euse-
 bius in fine lib. 4. Hic autem ignotus auctor, post
 Montani & Maximillæ ac Theodoti mortem lib-
 ros suos exaravit, ut ex fragmentis liquet. Plura
 vide apud Halloixium in Notationibus ad vitam S. A-
 pollinaris cap. 3. Qui tamen in eo fallitur, quod di-
 citur librum Miltiadis ac hoc Scriptore redactum esse
 in compendium. Quem quidem errorem abunde
 refellimus in capite sequenti.

αὐτῶν μαρτυρία. Rectius in codice Maz. Med. &
 Fuk. scribitur *αὐτῶν*. Apud Nicephorum in lib. 4.
 legitur *ἀδελφῶν*. In Menologiis Græcorum ad diem 22.
 Octobris mentio fit *Ἰσχυρὸς καὶ Ἰσακὸς ὄντες ἀδελφοὶ
 ἰσχυρὸν ἱεραπόλιον, τὸ θαυματουργόν.* Cujus vitam
 Græcè edidit P. Halloixius in tomo 2. de illustribus
 Orientalis Ecclesiæ Scripturibus. Est autem id no-
 men Latinum, ut opinor, quippe cum nullam habeat
 Græcæ originis notam.

τὴν κατὰ Μιλτιάδην. Nicephorus addit *Ἰσχυρὸς ἐ-
 πὶν μοι τῶν*, quod Scholii vice à Nicephoro addi-
 tum esse non dubitum. Sed cur hic quisquis est inno-
 minatus auctor, hæresim Cataphrygarum, Miltia-
 dis potius quam Montani sectam appellaverit, ob-
 scurum est. Non enim hic Miltiadem illum intel-
 ligit, de quo Eusebius in sequenti capite loquitur.
 Is enim pto Catholica veritate adversus Cataphry-
 gas scripsit. Itaque Joannes Langus, vir doctissimus
 qui Nicephorum interpretatus est, hoc loco Alci-
 biadem pro Miltiade emendavit. Certe Alcibiades
 inter præcipuos auctores sectæ Cataphrygarum
 memoratur ab Eusebio supra in cap. 3. hujus libri.
 Aut igitur hic legendum est Alcibiades, aut illic scri-
 bendum Miltiades.

ἰερτικῶς ἔρον πῶς. In codice Regio ac Medicæ
 πῶς accentum rejicit in ultimam syllabam antece-
 dentis vocabuli. Quod ideo notare volui, quia ad
 marginem editionis Genevensis id ipsum indicatur
 paulo obscurius. In codice quoque Maz. & Fuk. πῶς
 accentum rejicit in antecedentem vocem.

τὴν κατὰ πῶτον ἐκκλησίαν. Longe præferenda est
 codicis Regii Scriptura, quam confirmat etiam Ni-
 cephorus in lib. 4. cap. 23. *τὴν κατὰ τὸ πῶτον ἐκκλησίαν.*
 Id est, Ecclesiam illius loci, Ancyra scilicet. Sic in in-
 scriptiōne Epistolæ Smyrnenſium ad reliquas Eccle-
 ſias *ἡ πᾶσαι ἡ κατὰ πάντα τόπον τῆς ἀγίας καὶ θολικῆς
 ἐκκλησίας παροικίας.* Et infra in hac pagina.

Ἰσχυρὸς Ἰσακὸς μὲν. Id est, personam ac persre-
 pentem. Tota enim Ecclesia illius loci, timore no-
 væ prophetiæ personabat, cum ob tantæ rei novita-
 tem cuncti de ea re loquerentur. Ex quo apparet,
 donum prophetiæ jam tum illis temporibus in Ec-
 clesia rarum atque inusitatum fuisse, quippe cum ex-
 orta Montani prophetia, tantostumultus tunc tem-
 poris in Ecclesia excitaverit. Quod certe non con-
 tignisset, si solemne tunc ac pervulgatum in Ecclesia fu-
 isset prophetiæ donum. Porro *Ἰσχυρὸς Ἰσακὸς μὲν* Lan-
 gus vertit *devotissimum*.

ἰκατάτι. Amplector emendationem Christophor-
 ſoni, qui *ἰκατάτι* cortexit, id est, assidue, quotidie,
 & sic Savilius ad oram libri sui emendavit.

ἡ τὸς ἀντιδίτους. Malim *ἀντιδίτους*, ut legitur ad
 marginem editionis Genevensis. Cum enim jam dixe-
 rit *τοὺς ἰκατάτι ἀπορηθῆναι*, ineptissima esset re-
 petitio, si *τοὺς ἀντιδίτους* iterum nominaret. Verum
ἀντιδίτους, quod longe gravius est, appellat Monta-
 nistas, id est, Dei adversarios, eo quod novum Para-
 cletum inducerent. Atque in codice Fuk. & Savil.
 scriptum habetur. Si quis verò *ἀντιδίτους* retinere ma-
 luerit, non repugnabo. Infra enim dicuntur *ἀντιδια-
 τήτριχοι*, ut & apud Greg. Nyssænum lib. 1. contra
 Eunomium, & Paulum in 2. ad Timoth.

Ἰσχυρὸς. Male apud Nicephorum legitur *ἰσχυρὸς*.
 Distinguendus autem videtur hic Zoticus Otre-
 nus, à Zotico Comanensi Episcopo, cujus infra me-
 minit hic auctor. Nam Comanensis ille antiquior
 fuit.

ἐν τῇ κατὰ τὸν φρυγίαν μουσίᾳ. Rufinus vertit: *Vicini Pag. 180.*
quidam esse dicitur apud Phrygiam Mysie civitatem,
ineptissime. Nec melius Musculus & Christophor-
ſonus interpretantur apud Mysiam Phrygia. Quid
 enim, ambo, sibi vult Mysia Phrygiæ? Duplex
 olim fuit Mysia, sicut & Phrygia, teste Strabone in
 lib. 12. Alia major, quam Olympemem vocat Stra-
 bo, aliam minor, quam Helleſpontiam vocat Ptole-
 mæus. Utraque porro Phrygiæ contermina fuit,
 unde natum proverbium apud Græcos *χωρεὶ τὰ μυ-
 σῶν*. Fuit & altera Mysia in Europa, Thraciæ con-
 tributa, quam Latini quidem Mæſiam vocant, Græci
 verò semper *μυσίαν*. Ad hujus ergo distinctionem
ἡ κατὰ φρυγίαν μουσία hic dicitur Mysia Phrygiæ con-
 termina, seu Asiatica. Porro vicus iste in codice
 Maz. dicitur *ἀρδαβῶν*.

κατὰ τὸ παρρησιον. Rufinus *indisciplinatos* vertit,
 Musculus *immorigeros*, non male. Intelligentur
 enim ii qui præceptum Domini, quo præmoniti
 fuerant, ut à falsis Prophetis caverent, negligebant;
 τῆς διαβολῆς ἡ κρυπτοῦσθαι δυνάμενοι, ut supra
 loquitur hic innominatus Scriptor. Pessime Chri-
 ſtophorſonus.

τὴν ἀποικιστικὴν μὲν. Metaphora est à mulieribus,
 quæ relicto mariti thoro furtim ad mœchum trans-
 eunt. Nam *κοιμᾶσθαι*, seu dormire, de hujusmodi
 adulteriis dici solet, ut in libris sacris occurrit non
 semel. Quod cum non intelligeret Christophorſo-
 nus, erroris *ſotto conſortium* vertit.

ἡ τὸς μὲν χαρίζοντας. Hæc peritodus connectenda
 est cum illa sequenti *τὴν δὲ καθόλου &c.* Sic enim
 sensus integer absolvitur; quod Interpretes non
 animadvertunt. Tamen acumen Interpretis in
 hoc præcipuè elucet, ut verborum ac sensus ἀκο-
 λυθίας diligentissime consecetur. Porro hic locus

in codice Maz. Med. Fuk. & Savil. ita legitur: *ἐ τοὺς Α μὲν χαίροντας ἐ χαυνωμένους ὑπ' αὐτῶν, &c.*

pag. 181.

ἵνα καὶ ἐλεγχῆται ὁ δαίμων qui per Montani os loquebatur, olim à Domino prædictum fuisse, fore ut Spiritus Dei in adventu suo mundum argueret de peccato. Itaque demon ille ut verum Dei Spiritum se esse auditoribus confirmaret, eos interdum arguebat, & objurgabat. Vide Ambrosium in Epist. ad Thessal. cap. 5.

εἰς τὸ αὐτὸ συνελθόντων. Christophorus legitur *εἰς τὸ αὐτὸ.*

ἀμνηστικὸς. Alludit ad epithetum illud, quo Homerus in Iliade Theritem affecit, *ἀμνηστικός*, quod idem est ac falsiloquus. Nam qui mentiantur, nullam in dicendo modum servare solent.

ὑπὲρ ἰσόματ'. In Nicophoro legitur *ὑπὲρ ἰσόματ' ἡμῶν*, quod non probo, subauditur enim *τῶν ἁγίων*, ut Rufinus & Christophorus supplevit. Sic infra cap. 18. loquitur Apollonius, ubi de Alexandro.

πολλὸς αἰρεῖ λόγ'. In codice Mediceo, Maz. & Fuk. legitur *ἰρεῖ*. Apud Eusebium tamen in lib. 3. bis ita scribitur, ut hoc loco scriptum vides, *πολλὸς αἰρεῖ λόγ'.* ubi *αἰρεῖ* idem valet ac *κρατεῖ*.

ὅτι ἐπίσκοπον. Rufinus hæc verba non agnoscit.

Sic enim vertit: *veluti primogenitum prophetia ipsorum, Theodotus nomine.* Omnes tamen codices & Nicephorus, hanc vocem agnoscunt. Erat apud Montanistas arca quædam, in quam sodales stipem conjiciebant ad Prophetarum alimoniam. Primus Theodotus hujus arce curam gessit, quem idcirco procuratorem prophetiæ hic Scriptor vocat, quod redditus illorum & prædia procuraret. Erat alioqui Montanus cum suis prophetis, magnus ærulator, qui pecuniam undique corraderet oblationum specie. Salaria etiam præbere solitus iis, qui doctrinam suam prædicarent, ut scribit Apollonius apud Eusebium in capite sequenti. Arcam igitur seu fiscum habuerit necesse est, & procuratorem ærarii, qui salaria, id est, pecunias numeraret iis quibus Montanus decreverat.

παρεστῆται. Male Interpretes omnes hunc locum cepere. *παρεστῆται* est falso mentis excessu abripi. Sic *παρεστῆται* supra sumitur, id est, falsa ecclasiis. Sunt enim veræ ecclasiæ in Ecclesia, cujusmodi fuit Petri Apostoli, in Actibus cap. 10. & 11. ubi Petrus vidisse dicitur in ecclasi visionem. Talis item fuit ecclasi Pauli Apostoli, cum ad tertium usque cælum abreptus est. Puerorum quoque ecclasiæ in testimonium adducuntur à Cypriano in Epistola nona. Sunt item falsæ ecclasiæ apud hæreticos, D qua *παρεστῆται* eleganter dicuntur ab hoc Scriptore. Eodem modo quo *ἄλλοι διορθῶσι* falsæ emendationes dicuntur à Porphyrio in quaestionibus Homericis. Et hæc quidem falsæ ecclasiæ, propius ad furorē accedunt, utpote à demone procuratæ. Illæ verò quæ à divino Spiritu immittuntur, placidæ sunt, nec statum mentis ullo modo perturbant, ut docet Epiphanius in hæresi Cataphrygarum, & hic auctor innominatus. Quare fallitur Nicolaus Rigaltius, qui in Notis suis ad Epistolam nonam Cypriani, ecclasiæ furorē & alienationem mentis interpretatus est. Non ita Hieronymus, cujus hæc sunt verba ad Suniam & Fretelam. *Alter enim Latini sermo ἕκαστον exprimere non potest nisi mentis excessum.*

ἀλλὰ μὲν αἰνοῦ. In codice Regio, Maz. Fuk. Sav. & Med. scriptum repeti *ἀλλὰ μὲν*. Quam lectionem veriorē esse existimo; eamque secutus est Malactius. At Christophorus hæc per interrogacionem dici existimavit.

ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Hæc verba, quæ Scholasticus, seu Eusebius ipse, ad marginem libri sui annotaverat ad ea verba quæ paulo ante præcederunt, *αὐθις δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ λόγῳ*. Porro ex his verbis elicitur, Asterium Urbanum auctorem esse horum trium librorum adversus Cataphrygas, non autem Apollinarem, ut credidit Rufinus & Christophorus.

ὁ περὶ Θεμισσοῦ. Illustris hic fuit inter Montanistas, qui se confessorem & martyrem jactabat, aususque est Epistolam Catholicam exemplo Apostoli scribere ad Ecclesias, ut novam prophetiam commendaret. De hoc multa Apollonius in sequenti capite.

In Caput XVII.

Μιλτιάδου μέγαντα. Ex his patet error Hieronymi in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi hæc scribit: *Miltiades, cujus Rhodon in opere suo cum adversus Montanum, Priscillam, Maximillam composuit, recordatur.* Non Rhodone, sed nominatum hunc Scriptorē debuit dicere. Nam Rhodon adversus Montanum & Cataphrygas scriptit, sed adversus Marcionis hæresim, ut testatur Eusebius.

τῷ Ἀλκιβιάδῃ τῷ ἀδελφῷ συγγράμματι. Nescio quo fato Alcibiadis nomen pro Miltiade, & Miltiades pro Alcibiade substitutum est. Nam superiore quidem capite Miltiadis vocabulum pro Alcibiade positum esse observavimus. Hic contra, Alcibiades pro Miltiade irrepit. Certe apud Nicephorum *μιλτιάδου* legitur, quamquam nec Nicephorus, nec Christophorus hunc locum intellexit.

ἀλλὰ ὅτι ψευδοπροφήτης ἐν παρεστῆται. Male Rufinus & Baronius hæc verba ex Miltiadis libro desumpta esse existimant. Neque enim hic innominatus auctor, quicquem citat ex Miltiadis libro, sed tantum ex responsione Cataphrygarum adversus Miltiadis librum; quod non animadvertent Interpretes. Est autem hic hujus loci sensus; magnum esse discrimen inter veros Prophetas & falsos. Veri enim Prophetæ, qui Spiritu Dei repleti erant, quieto ac tranquillo animo prædicabant veritatem. Pseudopropheta verò, qualis erat Montanus, cum furore & insanialoquebantur. Certe Catholicis hoc præcipue objiciebant Montanistas, qui se prophetico Spiritu plenos esse jactabant, quod in ecclasi prophetarent: cum tamen nec in novo, nec in veteri Testamento Prophetas in ecclasi unquam prophetasse legamus. Itaque Miltiades librum adversus eos scripsit hoc titulo: *πρὸς τὸ μὴ εἶναι προφήτῃν ἐν ἐκείνῃ ἀσει λαοῖ.* Et Epiphanius adversus hæresim Montanistarum cap. 2. *ἐν τῷ εἶναι προφήτῃν εἰρήσασιν, μὴ τὰ σωίστους ἀποκαλύπτειν ἐφ' οἷς γοῦτο.* & cap. 4. ac sequentibus, hanc vitam ac spiritualis prophetiæ certissimam notam esse dicit, ut mentis suæ compotes sint, qui futura prædicant.

Similiter Johannes Chryostomus Homilia 29. in Epistolam 1. ad Corinthios, ubi discrimen affert inter divinationem & prophetiam. Hoc enim inquit proprium est Vatis seu divinatoris, emota esse mentis; pelli; trahi; raptari tanquam furentem. Propheta vero non ita: sed mente sobria, & cum modesta ac temperata animi constitutione; & quae loquitur intelligens, dicit omnia. His adde Hieronymum in Praefatione Commentariorum in Nahum: Non enim loquitur in ens dicitur, ut Montanus & Prisca Maxillaque dicitur: sed quod propheta, liber est visionis intelligens universa quae loquitur. Porro notandum est hunc anonymum Scriptorem nunquam eccltales appellare vanos illos mentis excessus Montanistarum, sed semper paretctas, ob eam rationem quam supra dixi. Quippe eccltales fere in bonam partem sumuntur à Cypriano & Tertulliano. Et viris sanctis immixtae leguntur à Deo, ut Adamo & Petro Apostolo. At paretctas semper in malam partem accipiunt.

ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἀλλοιότατος. In codice Med. Maz. & Fulk. & apud Nicephorum legitur ἐπεὶ οὐκ ἔστιν, &c. Hieronymus & Rufinus, eosque secuti ceteri Interpretes; hæc de imperatoribus Romanis dici existimant, quibus Miltiades Apologeticum suum nuncupasset. Ego vero cum eotempore non plures, sed unus fuerit Imperator Romanus, Commodus videlicet; Rectores provinciarum malim intelligere. Nam vox ἀρχόντες fere semper Præsides provinciarum significat. His igitur Apologeticum suum dicavit Miltiades, sicut Tertullianus postea fecit. Nam Apologeticus quidem ejus ad omnes generaliter provinciarum Præsides directus est. Specialiter vero ad Scapulam Proconsulem Africæ, librum pro Christianis idem Tertullianus misit. Pæne omiseram, hunc Miltiadem Ecclesiarum sophistam vocari à Tertulliano, id est, Rhetorem.

In Caput XVIII.

ἐπισημαίνοντες τὴν οὐρανὴν. Tres quotannis quadragesimas, ac præterea duas Xerophagiarum hebdomadas Montanus instituerat. Ac de Xerophagiis quidem testatur Tertullianus in libro de Jejunii. De tribus vero quadragesimis testis est Hieronymus, tum in Epistola ad Marcellam, tum in Commentariis ad caput 1. Aggæi ita scribens: Et omnem laborem manuum, accipiamus jejunia eorum & observationes varias, & χαμηνίας, id est, humidorum dormitiones: qui tribus quadragesimis per annum jejunantes, & de Tattianis rade crescentes, super hujusmodi laboribus audiant. Tanta passus est sine causa. Ceterum notandum est, hoc loco Apollonium tanquam gravissimum facinus objicere Montano, quod jejunia sub lege, ac sub præcepti forma constituisset: non quod jejunare crimen sit; aut quasi quibusdam in Ecclesia non liceat, semperque licuerit indieere jejunia. Nam & Joannes Apostolus triduanum Ephesius jejunium indixit, priusquam ad scribendum Evangelium se conferret. Verum Montano id facere nullatenus licebat, homini hæretico, & ab Ecclesia corpore segregato, nec ullum sacerdotium gerenti. Merito igitur eum reprehendit Apollonius, quod ex arbitrio suo, non ex Apostolica traditio-

ne constituisset jejunia. Nam Catholicorum quidem jejunia ex Apostolorum traditione manant: de solemnibus ac publicis jejunii loquor, quæ certis diebus in Ecclesia quotannis observantur. Hæreticorum autem jejunia, ex inani præsumptione, & sanctitatis simulatione procedunt. Cujusmodi fuerint jejunia, quæ Montanus sectatoribus suis tanquam Paracletus indixit.

ἐπεὶ κίλλαν παραδίδωμι. In codice Maz. Med. & Fulk. & apud Nicephorum legitur ἐπεὶ κίλλαν, quam Scripturam confirmat etiam Rufinus. Sed & Tertullianus & Firmilianus aliique Priscam nominant.

δὲ κεί σοι. Nicephorus in lib. 4. cap. 26. negativam addit particulam, ἐδὲ κεί σοι, &c. Atque ita Savilius ad marginem sui libri emendavit.

τὴν ἀξίωσιν πλεονεξίας. Musculus vertit indubitate avaritia circumdatus. Christophorus vero totus revera avaritia sordibus involutus. Langus autem interpretatus est, inexplebilis avaritia sordibus involutus, quasi ἀπληστον πλεονεξίας legeretur. Ego vero non dubito, quin hic locus ita intelligendus sit ut verti, quod satis declarat vox ἡμεμισμένοι, quæ velamentum & simulatio designatur. Etenim Montanista illi avaritiam suam religionis prætextu & specioso oblationum vocabulo obvelabant, ut supra dixit Apollonius: ὁ ἐπὶ ἐνόματι προσφορῶν ἰσχυροὺς ἔπιτεχνόμενος.

τὴν ἐπισημαίνοντες τὸ σημεῖον. Christophorus quidem crucem intelligi putavit, eo quod in Evangelio crux portari frequenter dicitur. Sed proculdubio vincula ipsa intelligit Apollonius, quæ Themison pro Christo portare nequiverat. Quod enim confessionis signum hic vocat Apollonius, sequente linea nominat τὰ δεσμά.

ὁ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί. Scribendum videtur καὶ αὐτῶν, id est, Montanistarum.

ἐπισημαίνοντες. Athenis dicebatur ἐπισημαίνοντες, & des quædam post templum Minervæ Poliadis, in qua pecuniæ publicæ recondebantur, ut ex Demosthene docet Harpocration. Sed & in omnibus templis erat ἐπισημαίνοντες. Varro in lib. 4. de lingua Latina. Ideo in adibus sacris ante cellam, ubi sedes Dei est, Græci dicunt ἐπίσημον: quod post, ἐπισημαίνοντες. Eadem habet Pollux in lib. 1. Hic vero ἐπισημαίνοντες pro tabulario sumitur, seu pro loco in quo tabulæ publicæ asservabantur; non pro arario, ut sumitur apud Athenienses. Infra δημόσιον ἀρχεῖον vocat Apollonius.

διότι οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῷ τοῖς. Musculus vertit, & super Dea nobiscum disceptent, ea lege ut, &c.

ὡς ἔστιν ἐπὶ τῷ τοῖς. Hunc locum optime Rufinus expoiuit hoc modo: Judicatus est apud Amilium Frontinum Proconsulem Ephesi, non propter nomen Christi, sed propter quædam atrocitatem. Nam à Christi nomine jam apostata existerat. Sed post hæc ut fideles quidam fratres, qui per illud tempus apud iudicem aliquid poterant, pro ipso intercederent, simulavit se propter nomen Domini laborare, & per hoc dimittitur. At Christophorus in versio. primum in eo peccat, quod ἐπὶ τῷ τοῖς maleficium vertit. Deinde in eo quod ἐπὶ τῷ τοῖς vertit condemnatus est.

ἐπὶ τῷ τοῖς. Hieronymus in Catalogo hunc locum ita vertit: Dic mihi crimem fucat Propheta? sibi oculos linit? Propheta vestibis & gemmis ornatur? Propheta tabula ludis & tessellis? Propheta senus ac-

capit? Longe profecto elegantius quàm Rufinus. A Græci βάψαν πῶν θείων dicunt, quod Latini crines tingere seu rutilare. Id enim præcipuè studebant matronæ, ut rutilum haberent crinem. Quam in rem cinere lixivio utebantur, ut docet Varro. Samnonicus Serenus de capillo tingendo ita præcipit:

*Adriulam speciem nigros flavescere crines
Unguento cineris, præcipit Tullius auctor.*

Vide Helychium in ξανθίζειν.

τις παρακοῆν ἐν τῷ χανιέτοῦ, &c. Jam video mihi deprehendisse, quam ob causam Eusebius Apollonium hunc post anonymum illum Scriptorem de quo in superiori capite actum est, collocaverit. Cùm enim Anonymus ille testetur, se quatuordecim annis post Montani & Maximillæ obitum libros suos scripsisse; hic autem Apollonius affirmet, quadraginta annis antequam scriberet. Montanum prophetiam suam invexisse; putavit Eusebius Apollonium anonymo illo Scriptore recentiorum esse. In quo tamen, meo quidem iudicio, longe falsus est, etenim Apollonius Montano adhuc superstite cum infans suis vavibus Priscilla & Maximilla, librum suum composuit, ut ex his fragmentis quæ profert Eusebius elicitur, idque non uno loco; ut cùm dixit ἡ προφήτης ἡμῶν ἐπαύει τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον, ἡ ἀπόστολος αὐτὸν μάρτυρας ἡ σωτηρία, ἡ προσκυῶσι, ἡ ζωὴ πολλοί. Et paulo post de eodem Alexandro loquens ait: ἐν ὁ προφήτης σωῶν τὰ πολλοὺς ἐτίθει ἀνομοί. Ex quibus verbis apparet, & Alexandrum & Montanum ipsum ac Maximillam adhuc vixisse, cum hæc scriberet Apollonius. Neque verò ait Apollonius, quadraginta annos effluxisse ab obitu Montani ad tempus quo ista scribebat. Sed id tantum dicit; quadraginta annis antequam ipse ad scribendum accederet, Montanum pseudoprophetiam suam invexisse. Ponamus igitur, Montanum anno ætatis tricesimo fabulam suam inchoasse. Cùm Apollonius contra ejus sectam scriberet, vix Montanus septuagesimum annum excesserat. Maximillam autem & Priscillam non statim ab ipso sui erroris exordio Montanus comites habuit; sed eas diu postea prophetiæ lux retibus implicuisse ac decerpisse mihi videtur.

pag. 186. προφήτης ἐστὶν ἢ δὴ προσασι μῆνης. In tribus codicibus Maz. Med. & Fuk. scriptum habetur προφήτης ἐστὶν ἢ δὴ προσασι μῆνης, levi discrimine.

In Capite XI X.

πρὸς καίκοι καὶ ποντικόν. Eusebius in libro 6. cap. 12. ubi Serapionis Antiocheni opera recenset, habet: πρὸς πόντιον καὶ καίκοι ἐκκλησιαστικὸς ἀνδρας. Apud Hieronymum in Catalogo legitur, ad Carinum & Pontium. In codice Medicæο καρτιεκόσ lectibitur mendose.

ἐπιλογισμένους νέας προφητείας. Tertullianus de jejuniis initio: *Hi Paracletō controversiam faciunt: propter hoc novæ prophetiæ recusantur.* Hieronymus in Catalogo ubi de Gaio. Firmilianus quoque in Epistola ad Cyprianum: *Illi qui Cataphrygas appellant, & novas prophetiæ usurpare conantur.* Et rursus in eadem Epistola. *Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitant, qui esin novos Prophetas recipiunt, &c.* Vetus auctor qui adversus Cataphrygas scripsit, in præmio ad Avircium Marcellum

καταλοβῶν πῶν κατὰ πόντιον ἐκκλησιαστικῶν τῶν τῶν ταύτης, ἢ καὶ αὐτῶν φασὶ προσκυῶσι, &c. Scripti codices Maz. Med. Fuk. ac Savilii scriptum habent τῶν ἐπιλογισμένους ἀδελφότητι, & voces illas quæ sequuntur, τῶν ἐπιλογισμένων ἄλλω, non agnoscunt; quod confirmat Rufinus.

δὲν ἐβεβλήθη κολωνίας τῆς Θράκης. Sic supra nominatus auctor de Zotico Episcopo dixit: αὐτὸς κολωνίας, & Polycrates in Epistola ad Victorem Patrem Θρακίας ἀπὸ ἰουδρείας. Multa hujusmodi dicitur referuntur cum præpositione, ut notavit Stephanus in libro de urbibus. Debelum seu Develtum colonia in Thracia memoratur à Geographis, & in nummis veteribus quos edidit Joannes Trillan. Anchialus quoque quæ postea nominatur, urbs est Thraciæ fatis nota. Sed non sine causa mirari solentur in hac Epistola Serapionis Antiocheni Episcopi, subscriptiones Episcoporum Thraciæ tantæ adjētæ. Equidem si conjecturæ indulgere licet, existimo Episcopos Thraciæ Epistolam scripturam Ecclesiæ Asiæ & Phrygiæ adversus prophetiam Montani. Eodem plane modo, quo presbyteri Viennensis ac Lugdunensis Ecclesiæ super eodem negotio ad illas scripserant, sententiam suam de nova illa prophetia exponentes, ut supra scribit Eusebius. Certe has subscriptiones ad calcædicus Epistolæ adjētās fuisse docet vel hæc ut Aurelii Cyrenii subscriptio. *Aurelium Cyreniæ Martyr, opto vos bene valere.* Porro ipsius Serapionis Epistolæ Episcopos illos subscripsisse, nequaquam mirum est. Primo quia Eusebius id non dicit, sed tantum subscriptiones plurium Episcoporum in illa Serapionis Epistola contineri, sicut Apolloniaris Hierapolitani Epistola eidem Serapionis Epistolæ subjēta fuerat. Hoc enim consulto fecerat Serapio, ut plurium Episcoporum auctoritate Montani sectam convinceret. Præterea ratione fieri posset, ut Episcopi Thraciæ subscriptiones literis Episcopi Antiocheni. Creditur enim que est id quod dixi, Episcopos scilicet Thraciæ communi nomine scripsisse ad Ecclesiæ Asiæ & Phrygiæ. Quod autem Baronius hæc in Concilio gesta esse censet in Annalibus ad annum Christi 173. numero 19. ægrè id illi concesserim. Neque enim subscriptiones illæ Synodicas literas supponit nec Eusebius ullum concilium vel in Asia ab Apollinari, vel in Græciā coactum esse scribit. Sed nec Tertulliani locus ex libro de jejuniis quicquam dicit pro Baronio: *Aguntur præsertim per Græciā in certis in locis concilia ex universis Ecclesiis, per quæ & altiora quadam in commune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani, magna veneratione celebratur.* Hic enim Tertullianus non de conciliis Catholicorum loquitur, sed de controversiis Montanistarum, ut sequentia aperte demonstrant.

ἐν Ἀγχιάλῳ. Id est, Episcopus Anchialus, quod est oppidum in Thracia ut dixi. At Christophorus hæc ita vertit, quasi Sotas in urbe Anchialodomonium Priscillæ ejicere voluerit, quod falsum est. Neque enim Priscilla Anchialum venit; sed Sotas Episcopus facta novæ illius prophetiæ captus, ex Thracia in Phrygiam navigaverat, ubi quoque Priscillam, non divino Spiritu; sed a demo-

ne agitari cernens, eam exorcismis purgare tenta-
verat. Non solus autem Sotas, sed & plurimi alii
Episcopi in Phrygiam tunc temporis profecti sunt,
ad Prophetiam illam de propinquo examinandam,
ut diserte testatur anonymus ille Scriptor in cap. 16.
supra. Porro notandum est, Sotam mortuum jam
fuisse, cum hæc scribebat Aelius Julius. Quod satis
indicat vox illa *μαρτύρος*, quam Græci de mortuis
solent usurpare. Quod si Sotas adhuc superfuisset
ipse profecto hanc rem subscriptione sua firmasset.
Sic etiam intelligendum est, quod Serapio Apollina-
rem *μακαριώτατος* appellat, quippe qui jam vivere
desisset.

In Caput XX.

ἡ δὲ ἀναγνώσις δὲ τῶν ἐπιγράμμευ Hinc orsi sumus ca-
put istud. Rufinum secuti & Musculum, & Christo-
phorionum. Sed & ratio ita jubet. Hæc enim pen-
dente ex cap. 16. supra. Certe codex Maz. caput in-
choat ab his verbis: *ὡς τὰ μὲν κατὰ τοῦτους ἐν τοι-
σῶντα ἔξ ἑαυτίας, &c.* Cui consentit codex Fuk. &
Regius.

ἐπιγράμμευ. Veteres Christiani hac voce cre-
bro uti solebant, quoties adversus Gentiles disputa-
bant. Eoque titulo complures libros ediderunt,
ut unum Deum omnium rerum Conditorum Re-
gemque esse ostenderent. Et monarchiam quidem
Deo Patri; *οὐνοκρατίαν* verò, id est, dispensationem
aque administrationem, assignabant Filio & Spiri-
tui sancto, ut docet Tertullianus adversus Praxeam
& Tatianus adversus Græcos. Extat hodie Iustini
liber inscriptus hoc titulo. Porro ut ad Irenæi li-
brum accedamus, ex ipso titulo colligi potest, Flo-
rentium duo principia invexisse, & Marcionis ac Cer-
donis dogmatibus adhæsisse; & alterum quidem bo-
norum, alterum mali auctorem affirmasse.

ἐν τῶν ἀδελφῶν. Transpositum est adverbium, ut ex
versione nostra lector animadverteret. Amat autem
hujusmodi verborum transpositiones Eusebius noster.
Quod ab Interpretibus minime observatum, hic se-
mel monendum esse duxi.

ἐν τῶν ἀδελφῶν. Hieronymus in Catalogo ha-
bet, *ἐν τῶν ἀδελφῶν ἐν ἐγγεγραμμένῳ τῶν ταγματῶν*. De Og-
doadibus Valentinii vide Irenæum & Epipha-
nium.

ἐπιγράμμευ. Hieronymus & Rufinus *subscriptionem*
veterunt, quos secutus est Christophorionus.
Fateor quidem *ἐπιγράμμευ* interdum pro subscrip-
tione sumi, ut in superiori capite vidimus. Hic tamen
ita sumi non potest. Nam subscriptio nomen sub-
scribentis debet exprimere. Quod cum hoc loco
minime factum sit, nequaquam hæc subscriptio dici
debet, sed potius adnotatio. Sic *ἐπιγράμμευ* dicebatur
nota illæ, quæ ad marginem Scriptorum codi-
cum appingebantur, ut lector rem notatu dignam
ibi contineri intelligeret. Quæ nota in plerisque ad-
huc Græcis exemplaribus reperitur compendiosè
expressa duabus tantum prioribus literis, quæ signifi-
cant *ἐπιγράμμευ*. Ceterum hoc Irenæi factum ad eò
placuit Eusebio, ut eandem quoque obtestationem
ipse in vestibulo Chronicæ suæ apposuerit.

ἐν τῶν ἀδελφῶν. In codice Regio, Maz. ac Medi-
cæ, & apud Nicephorum legitur *ἐν τῶν ἀδελφῶν*, quam
lectionem utpote meliorem, in interpretatione mea
expressi. In Fuk. etiam ac Savil. codice ita legitur.

ἐπιγράμμευ τὰ ὄντα. Hic mos erat veterum Chri-
stianorum, ut si forte in familiari colloquio impium
aliquem sermonem & à fidei Catholicæ regula dis-
sentientem audissent, protinus obturatis auribus
sele in fugam darent. Qua de re locus exstat illustris
in lib. 2. Recognitionum Clementis, ubi Simon Be-
nignus ait: *Si dixeris quod neque tibi consonum, nec
vulgo huic imperitorem videtur, tu quidem quasi
obstupescas, aures comamno occludens, velut ne
blasphemiam polluanur, verteris in fugam.* Seg & Ire-
næus in lib. 3. contra hæreses capite quarto eundem
morem declarat his verbis: *Quibus si aliquis annun-
tia verit ea quæ ab hæreticis adinventæ sunt, proprio ser-
mone eorum colloquens, statim concludentes aures, lon-
go longius fugiens, ne audire quidem sustinentes blasphemiam
colloquium.* Præterea Athanasius in Epistola
ad solitarios: *ὡς τὸ ἀκούσαι οὐ θαρσύνει, τὰ χαλὰ τῶν ἀ-
κούων κλείειν; ἵνα μὴ ἐπιβληθῶν ἀνιχνύται.*
Hieronymus denique in lib. 1. adversus Rufinum:
*Lectione nuper Theophili Papæ Epistolæ, in quibus Ori-
genis exponit errores, dicitur obturasse aures suas, &
auctorem tanti mali clara coram omnibus voce dam-
nasse.*

In Caput XXI.

ἀπειροπύτου. Metaphora est ab Athletis, qui lucta-
turi corpora nudabant, & variis artibus ac machina-
mentis adversarios prosternere studebant.

καὶ οὐκ ἐπιγράμμευ. Inepta mihi videtur hæc *ἐπιγράμ-
μα*. Amplector itaque Scripturam codicis Me-
dicæ, Fuketiani & Mazarini; *κατὰ δὲ τῶν αὐτῶν τῆς
κομῆδος βασιλείας ἔχοντες.*

Ἀπολλωνίου. Hunc Apollonium, Nicephorus qui-
dem eundem esse existimavit cum illo, qui adversus
novam Montani Prophetiam scripsit, de quo supra
in cap. 16. Sed Hieronymus in Catalogo eos distin-
xit, rectius ut apparet. Et hunc quidem de quo in
præsenti capite scribit Eusebius, Senatorem urbis
Romæ vocat: de suo id admenfus. Neque enim
hoc dicit Eusebius. Verùm de hac re infra videbi-
mus.

ἐπιγράμμευ τῶν ἀδελφῶν. Hieronymus in libro
de Scriptoribus Ecclesiasticis hunc servum Apollo-
nii esse existimavit, quem secutus est Christophori-
onius. Certe ex versione Christophorionii apparet,
illum in Eusebio legisse *ἀπολλωνίου*, contra fi-
dem omnium exemplarium. Obscurum etiam est
quod ait ibidem Hieronymus: *A servo Severo pro-
datus*: quasi Severus nomen esset servi, Sophronius
tamen vertit: *ὡς τὸ δούλου τοῦ Σεβήρου* *ἐπιγράμ-
μα*; quasi Severus nomen esset iudicis, ad quem
delatus fuerat Apollonius. Sed hunc sensum refu-
tat Eusebius, qui iudicem ipsum apud quem Apollo-
niius est accusatus, Perennem vocat, non Seve-
rum.

κατὰ ῥωμαίων ὄρον. Intelligit legem Divi Mar-
ci, quæ pœnam capitis sanxerat in eos qui Christianos
in iudicium detulissent, ut testis est Tertullia-
nus in Apologetici cap. 5. Exstat lex ipsa M. Aure-
lii Imperatoris ad Commune A. hæc supra in lib. 4. c.
13. ubi vide quæ annotavi. At Rufinus legem Tra-
iani videtur intellexisse, vel certe Hadriani ad Mi-
nucium Fundanum.

ἐπιγράμμευ τῶν ἀδελφῶν. Solebant inter-
dum iudices ipsi qui Christianos ad se delatos interro-
gabant.

gabant, hortari ipsos & obtestari, ut parcerent & confulerent sibi, & Deorum cultum amplecterentur. Cujus rei infinita exstant exempla apud Tertullianum, Eusebium, & in Actis Martyrum.

Ἡρόδοτος ἢ Διολογίας. Hieronymus ex hoc Eusebij loco male intellecto, Apollonium inter Scriptores Ecclesiasticos numeravit. Apollonius, inquit, Romae urbis Senator, sub Commodo Principe a seruo proditus quod Christianus esset, imperato ut rationem fidei suae redderet, in sine volumine composuit, quod in Senatu legitur, & nihilominus sententia Senatus pro Christo capite truncatus est. Quae sine dubio Hieronymus ex prava Rufini Interpretatione hausit, quam secutus quoque est Christophorus. Verum Eusebius Apollonium coram iudicibus pro fidei suae defensione disertissime perorasse tantum dixit, non autem Apologeticum ab eo esse conscriptum. Hunc Rufini & Hieronymi errorem jam pridem notavit Scaliger in animadversionibus Eusebianis pag. 208. Cui in hac quidem parte libenter accedo. In eo vero quod Eusebij nostri verba interpolavit, longe, meo quidem iudicio, fallitur. Cum enim in Eusebij libris legatur: πολλὰ ληπαρῶς ἰκετεύσαντι τὸ δικαστῶν, ἢ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσαντι. Scaliger correxit ἰκετεύσας τὸ δικαστῶν ἢ λόγον αὐτῶ ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσας δούλωι. Atque ita interpretatur: Deo autem acceptissimus martyr, postquam multis precibus a iudice comendasset, ut in Senatu rationem reddere sibi liceret, &c. Verum huic emendationi omnes scripti codices, & ratio ipsa refragatur. Hieronymus quoque ita legit ut hodie editus est, vertit enim: Imperato ut rationem fidei suae redderet.

ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς. Miror id dici de Perenne, quem constat Praefectum praetorii fuisse sub Commodo. Erant autem Praefecti praetorio, illis temporibus ex equestri ordine, nec in Senatu sedendi jus habebant. Itaque Imperatores quoties Praefectum praetorii exauctorare vellent, Senatorem eum faciebant, laticlaviam ei veste submissa, ut docent Scriptores historiae Augustae. Quomodo igitur fieri potuit, ut Perennis qui erat Praefectus praetorio praeciperet Apollonio ut in Senatu rationem fidei suae redderet. Quod si dicas Apollonium fuisse Senatorem, ac proinde Perennem iussisse ut coram Senatu rationem cultus sui redderet, id concedamus si placet. Sed tunc nascetur alia difficultas, quomodo Perennis de capite Senatoris Romani iudicare potuerit. Neque enim Praefecti praetorio, sed Praefectus urbi de causis Senatorum cognoscebat. Ex his facile mihi persuadeo, Apollonium fuisse Senatorii ordinis, ut scripsit Hieronymus; qui cum indicio nescio cuius desperati hominis, delatus fuisset ad Perennem Praefectum praetorii quasi Christianus, interrogatus a iudice, cuius dignitatis esset, cum se Senatorii loci esse respondisset, iussus est a Perenne coram Senatu rationem fidei suae reddere. Quod cum Apollonius disertissime praestitisset, Senatus sententia extremo supplicio affectus est. Quidni verò credamus Hieronymo, qui & in libro de Ecclesiasticis Scriptoribus, & in Epistola ad Magnum, tam diserte significet Apollonium fuisse Senatorem. Etsi enim hoc distincte non dicit Eusebius, id tamen ex eius narratione omnino colligitur, ut supra ostendi. De-

inde potuit Hieronymus legere acta ipsa passionis Apollonii, ad quae nos ablegat Eusebius. In quibus actis, & Senator Romanus, & a seruo proditus dicebatur, ut credibile est. Haec autem acta Graeco sermone per scripta fuerant Romae a Graeco hominibus, eodem modo quo acta Martyrum Lugdunensium Graece scripta sunt Lugduni, ὡς δὲ πρὸς δόγμα. Omnes Interpretes & ipse Scaliger hunc locum ita verterunt, quasi prima particula otiosa sit. Quod tamen verum non potest. Primum quia Senatores iudices non erant, nec iurisdictionem habebant. Deinde Perennis qui iudex erat in ea causa, Apollonium ad Senatum remissum non ut Senatus de eo iudicaret, sed ut Apollonius coram eo rationem cultus sui redderet. Hanc scilicet honorem Senatus deferendum putavit, ut hominem Senatorii ordinis non prius damnaret, quam Senatus ipse de eius crimine cognovisset. Senatus igitur cum Apollonium audivisset, hominem iura legum praescripta iudicandum esse respondit. Post haec Apollonius capite plexus est, iudicio quidem Perennis ipsius, sed tamen ex Senatus sententia, quod Senatus reum audierat, & in damnationem eius consenserat.

ἀρχαίου παρ' αὐτοῖς νόμου. Lex pro more & consuetudine hic sumi videtur. Quamquam Interpretes de lege scripta haec accepisse video. Legitur in Re scriptum Trajani ad Plinium Secundum intelligo, in quo cavetur Christianos quidem impetendos non esse, oblatos vero puniri oportere.

Ἐ ἀρχαίων μαρτυρίων σωτηρίας ἡμῶν ἀνεχρήσθη. Longe rectius in codice Maz. & Fuk. legitur *μαρτυρίων.* Nam Eusebius passiones Martyrum quae Graece *μαρτύρια* dicuntur, collegerat, partim ex iudicialibus, partim ex Epistolis fidelium; ut interpretatur in lib. 4. cap. 15. Hoc opus inscriptum est ἀρχαίων μαρτυρίων σωτηρίας, ut videre est in prologo hujus libri. Quod postea Symeon Metaphrasis in collectionem suam transfudit.

In Caput XXII.

Ἐπίσκοποι τῶν ἐπαρχιῶν. id est, Episcopi metropolitani. Potest etiam de Patriarchis intelligi. Tamen in codice Medice voces illae Ἐπίσκοποι οὐ συνίστανται sunt, nec eas agnoscit Rufinus, nec vetustissimi codex Maz. & Fuk.

δέκα πρὸς τριῖν. At in Chronico anni 15 assignatur Eleuthero; & ad ultimum usque Commodianum eius pontificatus producit. Quae proleptica mira dissensio est.

βακχυλλος. Rectius apud Nicephorum scribitur *βακχυλλος*; nec aliter Rufinus & Hieronymus. Graeci huiusmodi ὑποκομισμὰ per simplex λ. efferte solent *βακχυλλος*, ex quo *βακχυλλίδης*, *σημῆλος*, *παρῆλος*, *αἰθῆλος*, *σημῆλος*. Interdum tamen per duplex λ. effertur diminutiva vocabula, ut *διδυλλος* & *ἰπιδυλλος*, quod est parvus Jupiter, parvus Hercules. Itaque *βακχυλλος* parvus Bacchus.

In Caput XXIII.

κατὰ ταύτην τὰς τῶν ἀστυνῶν ἐπιλόσεις. Jacobi Usserius in Prolegomenis ad Ignatij Epistolam c. 5. scribit Asianos qui primo Azymorum die cum Iudaeis Pascha celebrabant, cum diem cum Iuda-

ac jejuniu transgressisse eoque demum transactio jejuniu Quadragesimale solvisse. Verum huic sententia refragatur Eusebius, qui discrete affirmat Afianos die 14. primi mensis, quamvis non esset Dominica, finem statuisse Quadragesimæ. Quod verò Usserius affert Chrysostromi testimonium, meo quidem iudicio eius sententiam nihil adjuvat. Nam Chrysostronus in oratione illa adversus eos qui primo Pascha jejunant, invehitur adversus quosdam Quartadecimanos, qui 14. Luna cum Judæis Pascha celebrabant, eoque die jejunabant ac mysteria celebrabant; id enim proprium erat Quartadecimanorum, ut in eorum hæresi tradit Epiphanius. Verum priscos Afianos ita fecisse, nec Chrysostronus, nec alius quisquam dixit.

ταῖς ἀνα τῆς λοιπῆς ἀπασαν οἰκουμένης ἐκκλησίαις. Notanda sunt hæc Eusebij verba, quibus aperte significat, solos Afianos tunc temporis Pascha cum Judæis celebrasse: reliquas autem omnes Ecclesias aliter observasse. Quare non offentior Halloixio nec Usserio aliisque, qui credunt Syros etiam ac Mesopotamenos ac Cilicias idem tunc fecisse quod Afianos. Immo verò Syri & Mesopotameni hoc quidem tempore recte sentiebant, ut patet ex eorum conciliis, quæ hic ab Eusebio memorantur. Nam Oldroene pars est Mesopotamiæ. Postea verò ad Judaicam observationem delapsi sunt; idque ante Concilium Nicænum, ut docet Athanasius. Contra verò Afiani, damnato pristino errore saniorum sententiam amplexi sunt. Certe ante Concilium Nicænum Afiani morem Ecclesiæ Romanæ sequebantur in observatione Paschæ, ut docet Epistola Constantini ad Ecclesias, quam refert Eusebius in libro 3. de eius vita cap. 18.

ἐτι δὲ τῆς Ἀσίας ἀπασαν παραοικίαι. Longe præferenda est lectio quam in quatuor nostris codicibus reperimus Maz. Med. Fuk. & Savii. ἐτι δὲ τῆς Ἀσίας ἀπασαν παραοικίαι. Porro Asia tribus modis sumitur, ut docet Aristides in Allocutione Smyrnæ ad Imperatorem. Interdum enim accipitur pro tertia parte orbis terrarum: interdum pro provincia, in novem conventus seu iurisdictiones divisâ, quæ parebat Romano Proconsuli; nonnunquam stricte sumitur pro ea regione quæ ad fontes Mæandri porrigitur. Cum igitur Eusebius hic affirmet Asiæ totius Ecclesias diem Paschæ una cum Judæis celebrasse, quæri merito potest quomodo hic sumendum sit Asiæ nomen. Mihi quidem videtur intelligi provinciam Asia quam proconsul regebat.

ἐπὶ τῆς τῶ σωτηρίου παράδοξῆς. Nostris codices Maz. Med. & Fuk. scriptum habent ἐπὶ τῆς τῶ σωτηρίου ἐπιρῆς.

τὰς νηστίας ἐπιλύσει. Paulo ante dixerat τὰς ἁπασαν ἐπιλύσει ποιείσθαι. Cyrillus in Homiliis Paschalibus περιλύειν τὰς νηστίας, pro eodem frequenter usurpat. Dicebatur etiam ἀπολύειν. Ita Epiphanius in hæresi 75. quæ est Aerianorum ποίαν τε ἀμύζαι ἀγῶν, πῶς τε ἀπολύει εἰς ἐπιφώσκουσας κνριακῶν φαριζαῖς. Item in expositione fidei Catholicæ: ἐν ἀλλοις δὲ τόποις γίνεται λατρεία τῆς οἰκουμένης, ἢ μὴν ἐπιφωσκούσης τῆς κνριακῆς, ὅτι ἀπολύει ἐπὶ πᾶσι ἀνεκρησύναι καὶ ἀγῶν. Scio quidem doctissimum Epiphaniij Interpretrem ἀπολύειν vertisse *dimittere papulum*. Verum interpretationem nostram confirmat Clemens in libro 5. Constitutionum cap. 15. qui

A pro verbo ἀπολύειν, quo usus est Epiphanius, posuit ἀποινερίζεσθαι. qua voce usus est etiam Dionysius Alexandrinus in Epistola ad Basilidem & Hippolytus in canone Paschali. Quæritum fuit apud Veteres, qua hora solvendum esset jejuniu Paschale. Alii usque ad diluculum Dominicæ Paschalis post galli cantum aiebant producendum esse jejuniu, ut videre est apud Epiphaniu & Clementem. Alii vespere Sabbati Paschalis jejuniu dissolvebant. Atque ita præcipit Cyrillus in Homiliis Paschalibus. Quæ quidem institutio utilior videtur, & rationi magis consentanea. Nam cum nocte quæ Paschalem diem antecedit, pernoscendum esset in Ecclesia, propter laborem vigiliæ sic jejuniu solvi oportuit, ne fideles in Ecclesia fatiscerent. Certe olim in Ecclesia Romana Sabbatis per Quadragesimam non jejunabant, propterea quod ab eo die in Ecclesia B. Petri vigiliis agere consueverant, ut docet Leo in sermone 4. de quadragesima. Sed & Monachi quoties vigilandum esset, maturius finiebant jejuniu, *ὅτι τὸν χρόνον τῆς ἀρχυρνίας*, ut legitur in Typico sancti Sabæ.

φυλαττοίμαθα τὰς ἐπιλύσεις. In codice Maz. & Fuk. scriptum inveni φυλαττοίμαθα. Ac licet præcesserit ἐπιλύσεις, tamen hæc modi mutatio elegantior videtur.

ἐν πρώτῳ τῆς δεξιᾶς. Nicephorus cum hunc Eusebij locum exscriberet, Narcissum Hierosolymorum Episcopum Theophilo Cæsariensi Episcopo præposuit; in quo longe falsus est. Nam Cæsariensis Episcopus, ante Concilium Nicænum, & diu postea, Metropolitanum honorem ac dignitatem semper obtinuit; ita ut omnibus Palæstinæ conciliis præsideret tanquam primæ sedis Episcopus. Nihilominus tamen Hierosolymorum Episcopis honor semper est habitus, utpote Apostolicæ Ecclesiæ quæ prima Episcopum habuisset. Itaque quodam honoris privilegio fruebantur eius sedis Episcopi; nec Cæsariensi Episcopo subiacebant, sed erant ἀυτοκέφαλοι. Id declarat Canon 7. concilij Nicæni. Sed & Græcus auctor Synodici, cum Cæsariensem Episcopum Hierosolymitano anteponi minime ferret, duas ex una finxit Synodos. Primam Hierosolymitanam Narcissi; secundam Cæsariensem Theophili.

πάλμας. Erat hic Episcopus Amaltridis in Pontio, de quo Dionysius Corinthiorum Episcopus in Epistola ad Ecclesiam Amaltrianorum, teste Eusebio in lib. 4. cap. 23. Eodem nomine fuit quidam vir Consularis quem Hadrianus occidi iussit, ut scribit Spartianus. Male à Rufino & Christophorono Palmas dicitur & Palmeas. Nam πάλμας Latinis est Palma, ut μέδαις Mida, θρακίας Thraçea, μυασιίας Mnaçea. Porro Eusebius hunc Palmam præfedisæ ait ob antiquitatis prærogativam, non autem quasi Metropolitanum. Neque enim Amaltris, sed Heraclæa metropolis fuit urbium Ponti. Verum in Ecclesiasticis Conciliis diversa fuit sedendi ratio pro diversis temporibus ac locis. Simplicissima quidem & rationi maxime consentanea fessiois fuit ratio, ut antiquissimus Episcopus ceteris præsideret. Postea Episcopis primariarum urbium seu metropoleon, id honoris concessum. Apostolicæ verò sedes utpote matres reliquarum Ec-

pag. 191.

clesiarum, citra controversiam principem semper locum obtinuerunt. Inter quas Romana Ecclesia, tanquam caput omnium Ecclesiarum ab Apostolicis usque temporibus habita est.

ἐξ ἰδίας Βακχύλλου. Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis hunc locum ita exponit: Bacchylus Corinthi Episcopus sub eodem Severo Principe clarus habitus, de Pascha ex omnium qui in Achaia erant Episcoporum persona, elegantem librum scripsit. Ex his apparet, Hieronymum vocem ἰδίω: ita interpretatum esse, quasi Bacchylus seorsum & ipse in Achaia Concilium congregaverit. Verum alius quoque sensus afferri potest, ut scilicet Bacchylus privato nomine Epistolam scripserit de Pascha, non autem synodicam ut ceteri. Sic ἰδίω ἐπίσκοπῶν dicit Eusebius in lib. 6. cap. 11.

In Caput XXIV.

πῶς εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν. Codex Medicæus & Savilij scriptum habent: εἰς αὐτοῦ, non male. vulgatam tamen lectionem tuetur Rufinus.

τὸ πῆταλον ποροφωκός. Hieronymus in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis hæc Polycratis verba sic vertit: Qui supra pectus Domini recubuit, & Pontifex eius fuit, auream laminam in fronte portans. Rufinus verò ita interpretatur: Qui fuit summus sacerdos & pontificali pectore gessit. De pontificatu Judæorum hæc non esse accipienda, satis apparet. Neque enim Joannes Pontifex fuit Judæorum, aut ex genere sacerdotali. Itaque recte Hieronymus vocem addidit Pontifex eius, id est, Christi. Tria enim in Joanne notat Polycrates, quæ ad commendationem eius faciebant. Primum quod sacerdos fuerit, deinde quod Martyr; tertio quod Doctor seu Evangelistes. Proinde ut Martyr Christi & Evangelistes Christi fuit, sic etiam Sacerdos Christi intelligatur necesse est. Quod autem de lamina dicit Polycrates, credibile est primos illos Christianorum Pontifices exemplo Judæorum Pontificum, hoc honoris insignie gestasse. Certe & Jacobum fratrem Domini qui primus Hierosolymis Episcopus est ordinatus, pontificalem laminam in fronte gestasse auctor est Epiphanius in hæresi Nazaræorum, & in hæresi 78. Idem de Marco Evangelista tradit auctor MS. passionis eius: Quem quidem B. Marcus iuxta ritum carnalis sacrificii, pontificalis apicis petalum in populo gestasse Judæorum, illustrium virorum synographa declarant: ex quo manifeste datur intelligi, de serpe cum Levitica, immo Pontificis Aaron sacre successionis originem habuisse.

ἐξ Θρασεῖαι. Hic est Thrasea martyr, cujus mentionem facit Apollonius in libro contra Cataphrygas supra cap. 18. in fine: ἐξ Θρασεῖαι δὲ τῆς τότε μαρτυροῦν μνημονεύει. Hunc in urbe Smyrna martyrio consummatum esse scribit Rufinus, quem secuti sunt Beda, Ado & ceteri qui martyrologia scripsere. Polycrates tamen tantum dixit: ἐξ ἐν Σμύρῃ κηροῦ κηροῦται.

σάλας ἐπίσκοπον ἢ μάρτυρα. Hujus Martyris mentionem facit Melito Sardinianus Episcopus in libro de Pascha his verbis: ἐπὶ σερουίλου παύλου ἀνθυπάτου τῆς ἀσίας, ἢ σάλας ἀριστοῦ ἐμαρτύρησεν, ἐξ ἧμερο ζήτησις πολλῶν ἐν λαοδικείᾳ, &c. quæ citavit Eusebius supra in libro 4. Fuit hic Episcopus Laodiceæ in Asia: Cujus temporibus commota est questio in ur-

be Laodicea de festo Paschali. In veteri martyrologio Romano quod edidit Rosneydus, quinto die Octobris hæc habentur: Eumenia Thralis Episcopi, apud Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis. Die autem sequenti hæc notantur: Sagaru Episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli Apostoli discipulis. παπύριον τὸν μακάριον. In codice Maz. Med. & Fuk. scriptum inveni παπύριον, quod est nomen Romanum. Et Polycrates quidem non dicit eorum urbis Episcopus fuerit hic Papius, Invenio tamen apud Symeonem Metaphrastem, Papium hæc Successorem fuisse B. Polycarpi Smyræorum Episcopi. Verba Symeonis hæc sunt in vita B. Polycarpi: κατὰ τὴν ἑορτὴν τὴν ἐν Παλιόκρητος ἐξ ἀλλοῦ ἔθους ἐκείνου ἕνα δὲ ἢ ὄνομα καμάρου, ἢ ἐξ ἑστῆτος ἀπ' αὐτοῦ παπύριον ἐπίσκοπος γέγραπται. Rufinus quoque Papyrium vocat. Sic enim præferunt vulgatae editiones: sed vetustissimus codex Corbeienis habet Papyrium.

τὸν ἐν ἀγίῳ πνεύματι πάντα πολιτιοῦσθαι. Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis hæc Polycratis verba ita vertit: Et Melitoni in sanctis Papyri Eunuchi, qui semper Domino servivimus posuit in Sardis. Ex quibus apparet, Hieronymum hæc verba Polycratis male distinxisse in hunc modum: πολιτιοῦσθαι τὸν ἐν ἀγίῳ πνεύματι, πάντα πολιτιοῦσθαι μόνον. Rectius Rufinus ita interpretatur: Melitoni propter regnum Dei Eunuchum, & Spiritu sancto repletum. Sic enim supra Polycrates de Philippo filia locutus est: ἐξ ἧς ἔτι ἀντὶ τῆς ἀγίας ἐν ἀγίῳ πνεύματι πολιτιοῦσθαι, id est: Spiritu sancto repletum. Certe Melitoni ad plerisque Prophetam excellentium fuisse testatur ipse Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis ita de eo scribens: Hymnologus & declamatorum ingenium laudans Terentianum in septem libris suis scripsit adversus Felxium pro Montano, dicit eum a plerisque nos Prophetam putari.

ἐπὶ τὰ μὲν ἴσαι συζητεῖ. Rufinus exilimavit de hęc ordine parentes seu propinquos Polycratis Episcopatum Ephesi gessisse. Sic enim vertit: Scripserunt namque ex parentibus meis per ordinem fratres Episcopi, & ego octavus. Certe hic sensus ex verbis Græcis eliciri potest. Tamen cum Polycrates non addat, propinquos suos Ephesinæ urbis omnes Episcopos fuisse, possumus intelligere illos in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinuisse.

ἔταν ἡ λαοδικεῖται. Hæc lectio ferri non potest. Nam quartadecima luna primi mensis populus Judæorum non parabat fermentum, sed potius propiciebat. Sic enim diserte Lex jubet. Quare hoc loco restituenda est Scriptura optimorum codicum Veticani, Regij & Mozarini, in quibus diserte scriptum est ἔταν πῶς ζῶμεν. In Fuk. scriptum invenit ἔταν. Sed & in codice Medicæo prius scriptum erat ἔταν: sed postea erasalitera v. eius loco 7 substitutum est. Est autem ἔταν plebeium vocabulum: cujusmodi verbis amat uti Polycrates, ut ex hæc Epistola apparet. Significat autem tollere, removere: unde & ἔταν ἔταν. Ceterum in antiquis codicibus Vaticano & Mazarino ad marginem scriptum est eadem manu Γρ. ἔταν, id est, alius scribitur ἔταν. Quam deteriorem lectionem Rob. Stephano placuisse miror. Certe Rufinus ἔταν legit, ut ex versione eius apparet. Sic enim vertit: Quæ sunt

ita obsequium hunc diem, ut conveniret cum illo quo fermentum Judaeorum populus auferi. Facit igitur deinceps commendatio eorum, qui ἔργα τὰ ἀζύμα hic restituerunt.

ὁ δὲ ἡμεῖς ἡζήσωμεν μετακληθῆναι ὑπὲρ ἡμῶν. Scripsit igitur Victor Papa ad Polycratem Ephesinae urbis Episcopum, ut convocato Episcoporum Asiae concilio, literas suas & sententiam Romani concilii de celebratione festi Paschalis ipsis recitaret: minatus sese illum à communione Romanae Ecclesiae segregaturum, nisi decretis suis obtemperaret. Et minis quidem Victoris ita respondet Polycrates, ἐπιθρομαι ἐπὶ τοῖς κατακληθρομένοις. Ceterum quod attinet ad convocacionem Episcoporum, Polycrates Victori obtemperavit, ut ex hoc loco apparet.

ἡ σπλιτεύει. Langus quidem veritatis Musculus verò & Christophorus verterunt inveniunt, B quia scilicet σπλιτεύει τοῖς λόγῳ, & inveciva oratio dicitur. Ceterum cum hæc ab Eusebio obscurius narrata sint, multi dubitarunt, utrum Victor Papa Ecclesias Asiae à communione sua revera sejunxerit; an verò id tantum conatus atque interminatus sit. Quod ad me attinet, hoc postremum verius puto. Etenim Eusebius discrete dicit ἀποτίμων σοφιστάται. Deinde Epistola Irenæi & aliorum Episcoporum ad Victorem scriptæ, satis arguunt rem adhuc in pendenti fuisse, nec damnationis sententiam etiamtum à Victore in Asianos fuisse prolatam. Sic enim scribit Eusebius de Irenæi literis ad Victorem: τῷ γὰρ μὲν βίβλητος ἐπισημαίνονται ἅμα ἀποτίμων ὅλας ἐκκλησίας θείας, πλείους ἀετὶρα πᾶσαι. Nondum ergo Ecclesias Asiae à cōmunionē Victori absciderat, cum has literas scriberet Irenæus: quandoquidem Victorem Irenæus his literis admonet, ne illas ob vetulsti moris observantiam à totius Ecclesiae corpore sejungere velit. Socrates tamen in libro 5. cap. 22. Eusebii verba ita accepit, quasi Victor Asianos à communione sua separaverit. Atque ita auctor libri synodici: cujus tamen testimonium parvi facio. Observavi enim illum Scriptorem quilibet fuerit, multa temere confingere. Sed nostram sententiam confirmat, primò Eusebius ipse in locis supra citatis. Deinde Photius in Bibliotheca cap. 120. ubi scribit Irenæum plures dedisse literas ad Victorem Papam, dum illum hortatur, ne ob dissensionem de Pascha ullos à communione Ecclesiae segregaret. Ergo ante literas Irenæi, neminem adhuc Victor à communione præsciderat. Sed neque dici potest, post Epistolas Irenæi id à Victore factum fuisse. Primo enim Eusebius hoc non dicit; non omisurus utique, si id à Victore postea factum fuisset. Immo verò prorsus contrarium innuit, dum Irenæum ob hujusmodi literas vocat εἰρλωποῖόν, id est pacis auctorem. Literæ igitur Irenæi ad Victorem Papam scriptæ, pacem Ecclesiae præstiterunt. Cum enim Victor paratus esset excommunicationis sententiam promere adversus Asianos, Irenæi Epistola cum ab hoc consilio dimovit. Quare non asserit Victor adversus Asianos excommunicationis tulisse sententiam.

ἐπιθρομαι ἐπὶ τοῖς κατακληθρομένοις. Fuit igitur hæc Irenæi Epistola Synodica, utpote scripta nomine Ec-

clesiarum Gallia, cujus caput erat Lugdunum. Proinde hæc Epistola referri debuerat inter concilia Gallia, ut olim monui Jacobum Sirmondum virum doctissimum, nec unquam nisi honorifice nominandum. Etenim ille editionem suam conciliorum Gallia à Constantini temporibus exorsus est; hoc solum in Præfatione sua monuisse contentus, duas Synodos Lugdunenses quibus præfuit Irenæus, memorari: quarum in altera Valentinus & Marcion damnati sint. In altera verò Pascha non nisi die Dominico celebrandum cum tredecim Episcopis Irenæus decrevit. Verum quoniam harum Synodorum obscurior esset memoria, idè se illas prætermisisse scribit. Ego verò prioris quidem illius Synodi Lugdunensis fateor obscuram esse memoriam. Sed posterior illa in qua de die Paschæ actum est, illustrissimo Eusebii testimonio confirmatur. Locus est in Cap. 23. hujus libri, ubi de Synodis Episcoporum agit, quæ ob controversiam super Pascha variis in locis congregatæ sunt: & de Synodicis cujusque concilii literis tractans Eusebius, Lugdunensem Synodum cui præfuit Irenæus, non postremo loco commemorat, ἡ τῶν κατὰ γαλλίαν παρομιών, ἀε εἰρλωποῖον ἐπισημαίνονται. Subjungit etiam Eusebius Epistolam synodicam Irenæi, de qua nunc agimus. Quamquam dubitari potest, utrum hæc synodica Irenæi Epistola ad Victorem Papam eadem sit cum illa cujus meminit Eusebius in dicto capite 23. an autem diversa, & in alia Synodo Lugdunensi conscripta. Equidem unam eandemque esse existimo. Id enim suadere videntur Eusebii verba, cum dicit παρῆσαντα μὲν τὸ δέειν ἐν μόνῃ τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρας τῆς ἑκκυριακῆς ἀναστάσεως ἐπιτηδεύειν μυστικῶς. Deinde quod ait Eusebius, hanc Epistolam ex persona fratrum, id est, Episcoporum Gallia ab Irenæo esse conscriptam. Neque enim verisimile est, duas Synodos de una eademque re tam brevi temporis intervallo in Gallia congregatas fuisse. Porro si quis scire desiderat, undenam Jacobus Sirmondus duas illas Lugdunenses hauserit Synodos, sciat id desumptum esse ex veteri Synodico Argentorati edito. Sed hujus libelli auctorem, sublesta fidei esse jam supra monuimus; qui cum sciret Irenæum adversus Valentinum & alios hæreticos scripsisse, arrepta hinc occasione, finxit Synodum Lugduni adversus illos hæreticos ab Irenæo collectam fuisse.

παρῆσαντα μὲν τὸ δέειν. In libro Ternebi ad oram emendatum est τὸ δέειν. Quæ emendatio etiam in Moræi ac Gruteri libris habetur. Nec dubito quin Eusebius ita scriptum reliquerit. Sic enim loqui solet, ut notavi ad caput viciesimum tertium libri quarti.

ἀλλὰ ἡ πρὸς τὴν εἰδούσαν ἀπὸ τῆς νηστίας. Duplicem ait Irenæus tunc temporis fuisse dissensionem in Ecclesia: primam de die Paschæ, alteram de forma jejunii. Non dicit dissensionem fuisse de jejunio, sed tantum de jejunii formâ; id est, quot diebus esset jejunandum, ut postea explicat Irenæus. Omnes enim, tam ii qui Pascha die Dominico celebrabant, quam illi qui cum Judæis quarta-decima luna festum illud peragebant, in eo quidem conveniebant, quòd ante Pascha jejunarent. Quod jejunium ex traditione Apostolica susceperant per-

inde ac festum Paschale. Certe Eusebius in libro A
 secundo, capite decimo septimo, testatur Chri-
 stianos in Aegypto temporibus beati Matei Evan-
 gelistæ, Paschale jejunium celebrasse. Ac licet for-
 tasse quis concesserit Eusebium illic falli, qui
 Therapeutas illos de quibus Philo in libro de vita
 contemplativa, Christianos fuisse crediderit. Il-
 lud tamen ex eo loco colligitur, Paschale jeju-
 nium usitatum fuisse temporibus Apostolorum
 juxta Eusebii sententiam. Idem quoque ex Epi-
 phanio licet colligere.

τῆς νηστείας. Tres apud veteres Christianos fuerunt
 jejunii species. Primum fuit jejunium quartæ &
 sextæ feriæ, quod solvebatur horâ dici nonâ, post
 finem stationis seu σμαξίας. Quartæ à Tertulliano
 vocantur stationum semi-jejunia. In Typico mo-
 nasterii sancti Sabæ dicitur νηστεία τῆς ἐνάτης. Se-
 cunda species fuit jejunium Quadragesimale, quod B
 sub vesperam solvebatur. Nam hora nona fiebat
 Synaxis, & post missarum solemniam vespertinum
 canebatur officium, ac deinde populus dimitteba-
 tur, ut docent Epiphanius, Amalarius & concilia
 Anglicana. Tertium genus jejunii fuit omnium
 strictissimum, quod usque ad galli cantum &
 primæ lucis exortum producebatur. Quod idcir-
 co ὑπερθεσις dicebatur, latine superpositio. Hæc tria
 jejunandi genera aperte distinguit Epiphanius in
 expositione fidei Catholicæ, quæ legitur ad calcem
 librorum illius contra hæreses. Postquam enim
 de jejunio quartæ & sextæ feriæ, itemque de je-
 junio quadragesimæ locutus est, transiens ad je-
 junium Paschalis hebdomadis, ait fideles per eam
 hebdomadam solo pane & aqua vesci ad vesperam.

Adiditque ἅμα καὶ οἱ ἀνωδατοὶ διὰ τὰς εἰς τριπλάκιον τε-
 τραπλάκιον ὑπερθεσίαν, καὶ ἕτερον πλείονος μακάριον ἄρχας
 ἀλλοτρυνόντων κληρονομήσας. Id est: Verum hi qui suavis-
 simi sunt, viduum ac triduum ἢ quadriduum superponunt;
 quidam totam hebdomadam usque ad galli cantum.
 Dionysius quoque Alexandrinus in Epistola ad
 Basilidē, νηστείαν & ὑπερθεσίαν aperte distinguit. Post-
 quam enim dixit, per sex illos jejuniorum dies qui
 Pascha antecedunt, non ex æquo ab omnibus je-
 junari, subdit hæc verba: οἱ μὲν πένθαι ὑπερθεσίαν ἄ-
 σιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας
 οἱ δὲ πένθαι, καὶ τοὶ μὲν πάντες ὄλα πονοθεσίαν ἢ ὑπερ-
 θεσίαν, εἰτα ἀποκαμοῦσι καὶ μονοὶ ἐκλείπτουσι, συζη-
 ματι τῆς ταχυτέρας γένεσως οἱ δὲ γινεσθὶς ὄλα ὑπερθε-
 σίαν, ἀλλὰ μὲν νηστείας, &c. Id est: Alii qui-
 dem totum sex dierum spatium superponunt, jejunii per-
 severantes: alii vero biduum, quidam triduum, non-
 nulli quadriduum: alii ne unum quidem diem super-
 ponunt. Et iis quidem qui multum in superpositioni-
 bus desudarunt, ac deinde fessi propemodam deficiunt,
 indulgenda est celerior refectio. Si qui vero non modo
 non superposuerunt, sed ne jejunarunt quidem, &c.
 Vides jejunium à superpositione hic distingui à
 Dionysio: & ὑπερθεσίαν quidem sumi pro abstinē-
 tia à cibo usque ad galli cantum: jejunium verò
 pro inedia usque ad vesperam. Tertullianus quo-
 que tres agnoscit species jejunii. Primam peni-
 tus sublatis cibis: secundam diminuti; tertiam de-
 morati. Primam simpliciter jejunium solet appel-
 lare: secundam verò alicubi vocat portionale je-
 junium & Xerophagiam: tertiam, stationum semi-

jejunia. Cùm tres ergo fuerint species jejunii,
 quarum non immeritò potest, de qua loquitur hic
 Irenæus. Ac primum constat Irenæum non hic lo-
 qui de jejunio quartæ & sextæ feriæ, sed de jeju-
 nio stationum. Quippe Irenæus hic manifeste lo-
 quitur de jejunio diei solidi, non autem dimidii.
 Ait enim οἱ μὲν ὅλοισιν ἡμέραις δὲν ἀπὸ τοῦ
 ἑσπέριου, &c. At jejunium quartæ & sextæ feriæ, non
 erat plenum jejunium, nec diei solidi, ut supra di-
 xi. Quare locus Irenæi de hoc jejunio intelligi non
 potest. Restat ergo ut vel de jejunio quadragesi-
 mali quod solvebatur ad vesperam, vel de superpo-
 sitione locum hunc accipiamus. Ac Dionysius qui-
 dem Alexandrinus & Epiphanius in locis supra me-
 moratis suadere videntur, ut de superpositione po-
 tius intelligamus.

οἱ μὲν ὅλοισιν ἡμέραις ἡμέρας. Hæc Irenæi verba tri-
 ple à variis accepta sunt, dum pro suo quilibet
 studio Irenæum ad suas partes trahere conantur.
 Bellarminus quidem de quadragesima locum hunc
 intellexit, id est, de quadraginta diebus jejunio in-
 te Pascha. Itaque cùm Irenæus scribit quosdam
 unum diem jejunasse, id Bellarminus ita intelligit,
 ut diem unum, verbi gratia secundam feriam, abbe-
 ullo transferent cibo, ac deinde modica refectioe
 corpus curaverint. Idem deinceps tertiam, quartam
 quartam, quinta & sexta fecerint, donec totam qua-
 dragesimam expleverint. Verum hæc explicatio, ut
 à verbis & à sensu Irenæi penitus abhorret. Non-
 nullos vidi qui hunc Irenæi locum de quadragesima
 quidem dierum jejunio acciperent, sed ita expli-
 carent, ut quidam uno die, quidam biduo, ut
 triduo jejunarent per singulas quadragesimas heb-
 domadas. Quæ quidem expositio prior illi modo
 videtur probabilior. Alii inter quos est Cardinalis
 Perronius, Irenæi locum accipiunt, non de tota
 quadragesima, sed de hebdomade Paschali; quæ
 incipit à secunda feria majoris hebdomadæ. Con-
 firmat hanc sententiam Dionysius Alexandrinus
 in Epistola ad Basilidē, his verbis: ἵπαι μὲν τῶν
 ἡμερῶν νηστείαν ἡμέρας ἑσπέριου πένθαι ἡμέρας
 ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πένθαι ὑπερθεσίαν, &c. ut supra. Non
 ovum ovo similis est, quàm sunt inter se similia
 hæc duo loca, Irenæi ac Dionysii: adeo ut Diony-
 sius cùm hæc scriberet, Irenæi locum in mente
 habuisse mihi videatur. Tertius his ad jungi potest
 locus Epiphanius in expositione fidei Catholicæ, si-
 præ jam à nobis commemoratus.

μῆρας ἡμέρας. Sinè dubio intelligit Irenæus festam
 feriam majoris hebdomadæ. Cùm enim de je-
 junio Paschali loquatur, & quosdam uno duntaxat
 die jejunare dicat, quem alium diem intelligere
 potest, quàm diem Paschæ? Sic enim vocabatur
 dies ille, ut ex Tertulliano jam pridem ab aliis ob-
 servatum est. Quo quidem die, communis & pub-
 lica jejunii religio erat, ut scribit Tertullianus
 in libro de oratione. Qua de re insignis est Me-
 thodii locus in convivio virginum, oratione tertia
 qui hic meretur adscribi: ἡσπασθὲν ὅτι εἰ τις ἐν ἡμέρῃ
 πένθαι καὶ τῆς νηστείας ὀπισθαλῶς νοσησάντων ἀποστῆναι
 προσέλο, καὶ ἐκλείπειν ὅλα πλείονος ἀπορροήσας τε-
 τῶν τῶν προσφορομένων, λίγων: αἰετὰ τὸ μὴ ἀλλοτῶν
 ὡς τὸ καλόν, ἐξελθὲν ὡσαύτῃ καὶ ἡμέρας καὶ τετραπ-
 πλάκιον διαμερίσαντα, τῶν αὐτῶν μεταλλῶν ἀπορροήσας

ἐπιμαρτυροῦντας ἐπιμαρτυροῦντας τὸ σωζόμενον. Id est. Nam quem admodum si cui periculose agrotanti die Pasche ac jejuniis, cibum aliquis porrigat, jubeatque ut ob corporis infirmitatem degustet aliquid ex iis que porriguntur, ita dicens: bonum revera esset tibi amicos: oportebat te quoque, sicut & nos, fortiter perseverantem eandem percipere. Hodie enim penitus interdictum est ul- lam cibi mentionem facere. Et hoc est jejunium quod in canonibus Timothei Alexandrini vocatur ἡ νηστεία ἢ νηστεία. De ejusdem diei solemnij jejunio Tertullianus in libro de jejunio ita loquitur: Cur stationibus quartam & sextam Sabbati dicamus, & jejunium Parasceve? Quippe hic dies καὶ ἑσπερινός dicebatur Parasceve. Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi 18. ἡ δὲ καὶ ἡ κάματος τὸν προφύλακτον ἡμῶν ἐν τῇ ἑσπερίᾳ τῆς ἡμέρας εἰς τὴν ἑσπερίαν, ἢ τῆς ἀρχῆς ἡμέρας. Id est: Ob laborem vero antecessorem, tum ex superpositione jejunij Parasceves, tum ex per- τῆς ἡμέρας, &c.

si δὲ δὴ. Parasceve scilicet & Sabbatum magnum. His enim diebus Catholici omnes, nisi quibus morbus causa esset, jejunabant. Tertullianus in libro de jejunio. Certe in Evangelio illos dies jejunij determinatos putant, in quibus ablatum est sponsum; & hos esse jam solos legitimos jejuniorum Christianorum. Et infra capite 13, ejusdem libri. Ecce enim convenio vos & præter Pasche jejunantes, citra illos dies quibus ablatum est sponsum. Denique in capite 14, eos dies Parasceve fuisse & Sabbatum significat his verbis. Cur stationibus quartam & sextam Sabbati dicamus & jejunium Parasceve? Quamquam vos etiam Sabbatum continuatis: si quando; nunquam nisi in Pascha jejunandum secundum rationem alibi reddidit.

si δὲ τῆς παρασκευῆς. Antequam hunc locum exponamus, stabilenda est ejus lectio. Christophorus quidem & Savilius hunc locum ita legerunt ac distinxerunt: οἱ μὲν ἡδὲ ἰσχυρὰ μὴν ἡμέρας δὲν ἀπὸ τῆς νηστείας οἱ δὲ δὴ οἱ δὲ καὶ περὶ τῆς παρασκευῆς ὅρα τὴν ἡμέραν ἀρχὴν νηστείας, συμμετρῶσι, τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Cui lectioni favet Rufini interpretatio. Sic enim vertit Rufinus: Quidam enim putant unum tantum die observari debere jejunium, alii duobus; alii vero pluribus; nonnulli etiam quadragesima; ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuant. Eandem lectionem secutus est Joannes Languis, qui Nicephorum interpretatus est. Verum huic lectioni omnes nostri codices refragantur. Certe in codice Maz. hic locus uno tenore ita scribitur: οἱ δὲ τῆς παρασκευῆς ὅρα τὴν ἡμέραν ἀρχὴν νηστείας, συμμετρῶσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. In Mediceo vero & Fulketiano post vocem, ὅρα, apponitur virgula. Regius autem codex ita interpungit: οἱ δὲ, τῆς παρασκευῆς ὅρα τὴν ἡμέραν ἀρχὴν νηστείας, συμμετρῶσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Quod si post vocem παρασκευῆς distinctionem affixeris, nullus jam erit sensus. Quo enim referentur verba illa que sequuntur ὅρα τὴν ἡμέραν, &c. utrum ad illos qui unum diem, an ad hos qui quadragesima dies jejunant. Ad hos certe referenda potius videntur; utpote ultimo loco positos. Jam vero si ad hos retuleris, illud necessarium consequetur; eos qui quadragesima dies jejunabant, toto illo tempore nihil prorsus comeditisse: quandoquidem horas tam nocturnas quam diut-

nas jejunio deputabant. Deinde cum Irenæus jam dixerit alios uno die, alios biduo, alios vero pluribus diebus jejunare, quid necesse est addere alios quadragesima diebus jejunare: cum in eo quod plures dies dixit, quadragesima satis comprehendatur. Verior itaque est nostrorum codicum Scriptura, quam Musculus in interpretatione sua fideliter expressit hoc modo: Si quidem alii unum sibi diem jejunandum esse putant; alii duos, alii plures; alii quadragesima horas diurnas & nocturnas computantes, diem suum statuunt. Constituta jam lectione hujus loci, ad illius expositionem veniamus. Ait igitur Irenæus quosdam quadragesima continuis horis diurnis simul ac nocturnis jejunasse. Sunt qui existiment, hoc quadragesima horarum jejunium ab illis celebratum fuisse in memoriam spatij illius, quod à morte Christi ad ejus resurrectionem interfuit. Id autem spatium fuit horarum circiter quadragesima; ab hora scilicet sexta Parasceves, usque ad diluculum primæ feriæ. Ego vero, illud quadragesima horarum jejunium ab his potius celebratum esse crediderim in honorem ac memoriam quadragesima dierum ac noctium, quibus Christus in solitudine jejunavit. Nam cum veteres illi Christum omnibus modis imitari studerent, jejunium illud quadragesima dierum, quod supra humanas vires erat, hoc saltem quadragesima horarum jejunio amulabantur. Tria igitur ex hoc Irenæi loco colligimus. Primum est, jejunium ante Paschale jam inde ab Apostolicis temporibus semper in Ecclesia usitatum fuisse. Alterum; jejunium illud in honorem Quadragesimæ Christi fuisse celebratum. Postremo, varie à variis fuisse jejunatum: Semper autem meminisse debemus, Irenæum hic loqui de jejunio superpositionis, quod per magnam hebdomadam à Christianis celebrabatur. Ceterum semel admissa hebdomadis Paschalis jejunio, etiam Quadragesima admitterenda est. Nam hebdomas Paschalis, pars est Quadragesimæ. Ac interdum quidem jejunium illius hebdomadis distingui videmus à jejunio Quadragesimæ; ut apud Epiphanium in expositione fidei; apud Clementem in constitutionibus Apostolicis. Sed & vetus auctor in tractatu contra Græcos quem edidit Petrus Steuartius in tomo singulari insignium auctorum pag. 599. de Græcis ita scribit. Nec quadragesimam celebrant; cum Quadragesima sit jejunium quadragesima dierum. Ipsi vero majorem septimanam à numero Quadragesimæ secludentes, sex hebdomadis Quadragesimam claudunt. Tot enim sunt à primæ eorum septimana, usque ad Sabbatum quod palmarum ramos præcedit. In quo universalius ab illis cantatur: Quæ anima utilis est complevit Quadragesimam. Verba sunt ex officio Græcorum in Sabbato ante Dominicam Palmarum. Verum neque hic auctor, nec plerique alii recentiores satis intellexisse mihi videntur, cur hæc magna hebdomas interdum distinguatur à Quadragesima. Non enim ita distinguitur; quasi revera non pertineat ad Quadragesimam. Verum ab illa distinguitur, ut pars à toto. Cur autem à Quadragesima interdum distincta fuerit, duplex ratio afferri potest. Prima, quod distincti jejunio celebraretur, superpositionis scilicet ut supra ostendimus. Secunda ratio, quod hæc hebdomas

proprie ad Pascha pertinet. Feriæ enim hebdomadis denominantur à sequente Dominica, & ad eam pertinent, ut alibi demonstrabitur. Quare cum hæc hebdomas Dominicam Paschalem proxime antecedit, merito etiam ad eam pertinet. Hinc est quod hebdomas *μυζάδην* dicitur. Cujus vocabuli causas affert Chrysostomus Homilia 30. in Genesim. Sed vera illius vocabuli ratio est quam dixi. Cum enim hæc sit hebdomas Paschæ, dies autem Paschæ appelletur ἡ *μυζάδην* *κελευμένη πάσχα*, recte etiam hæc hebdomas sancta & magna cognominatur. In Typico sancti Sabæ, singuli dies hujus hebdomadis sancti & magni vocantur hoc modo: ἡ *ἀγία ἡ μυζάδην δευτέρα*, & sic deinceps. Incipiebat autem hebdomas illa à feria secunda, ut discimus ex Cyrillo in homiliis Paschalibus & ex Epiphanio in Aërianis. Porro quamvis à Quadragesima nonnunquam distingueretur ob eas quas dixi causas, revera tamen conjuncta erat Quadragesimæ, ejusque extrema pars erat & complementum. Certe id manifeste colligitur ex homiliis Paschalibus Cyrilli: in quibus hæc septimana perpetuè distincta legitur à reliqua Quadragesima; & septimana Paschæ vocatur. Eadem tamen Quadragesimæ contribuitur, quippe quæ quadraginta dierum numerum adimpleat. Denique illud etiam observandum est, quod scribit Socrates in lib. 5. cap. 22. veteres Christianos Paschale suum jejunium vocasse Quadragesimam, quamvis non totis quadraginta diebus omnes jejunarent. Ejusque vocabuli varias à variis causis afferrî dicit. Mihi quidem Quadragesima dicta videtur eodem modo, quo Quinquagesima quæ est post Pascha. Nam ut Quinquagesima seu Pentecoste, proprie quidem est dies ultima de quinquaginta illis diebus Paschale festum subsequentiibus; tamen latè sumpto vocabulo, interdum significat totum illud spatium dierum, quod est à Pascha ad Pentecosten: ut apud Hieronymum in Epistola ad Marcellam, apud Cassianum & complures alios. Sic etiam Quadragesima, proprie quidem est dies unus de quadraginta: dies scilicet Parasceve, qui quidem apud Alexandrinos erat quadragesimus, ut ex Cyrilli homiliis Paschalibus constat. Latius tamen sumpto vocabulo, designat etiam quadraginta dies jejuniorum qui Pascha antecedunt.

Fig. 199. συμμετρησι πλὴν ἡμέραν ἀπὸ τῶν. Miror tot homines eruditos, qui hunc Irenæi locum in suis libris exposuerunt, ejus vitium non animadvertisse. Quis enim est sensus horum verborum? aut quis unquam credit fuisse homines, qui quadraginta horarum spatium diem metirentur. Atqui quadraginta horæ bidduum jejunantibus efficiunt. Equidem non dubito, quin Irenæus ita scripserit. οἱ δὲ τριακοντὰ ὥρας ἡμεραιὶς τῆς νυκτερινῆς συμμετρησι πλὴν ἡμέρας. Qua Scriptura nihil planius esse potest. Quare aut Irenæus omnino ita scripsit, aut certe ita scribere debuit. Sed antiquarii, vocabulo ex superiore linea huc translato locum corruperunt.

τῶν ἁγίων τῶ ἀκριβέως εἰς κενὸν κρητοῦ τῶν. Hunc locum non intellexerunt Interpretes. Solus Musculus sensum affecutus est, sed ex parte tantum. Sic enim vertit: *Et ista jejunantium varietas, non nostro demum tempore, sed multo antea per illos cepit, qui ante nos præter accuratam diligentiam, ut vero-*

A simile est, rerum habentis potest, simplicem ac volentem consuetudinem posthabuerunt ac mutarunt. Est certe hic Irenæi locus admodum intricatus & obcurus. Vult autem ostendere Irenæus, unde orta sit tanta diversitas jejunii Paschalis. At igitur emanatum esse, non ex lege aliqua ab Apostolis aut à Christo data, sed paulatim usu quodam increbuisse; ac postea Episcopos quosdam, in iis quæ ad disciplinam pertinent sumum diligentes nec satis accuratos, id quod simpliciter introductum fuerat, licet singulare & ab aliarum Ecclesiarum more diversum, in consuetudinem vertisse ac posterea observandum reliquisse. Reprehendit igitur illos Irenæus, quod τὸ ἀκριβέως egerint. Est enim diligentis Episcopi, videre ne quid novum in Ecclesiam inducatur præter reliquarum Ecclesiarum consuetudinem. Ita Socrates hunc Irenæi locum cepisse videtur in cap. 22. lib. 5. ubi postquam de jejuniorum & hujuscemodi rituum apud varias Ecclesias discrepantia abunde disseruit, unde concludit: αὐτοὶ ἡγοῦμαι, τῆς τοιαύτης διαφορίας εἰ κατὰ τὸν ἑκκλησιαστικὸν οὐκ ὄντως οἱ δὲ ταῦτα ἀκριβέως, ἢ ἡμοῖ τοῖς ὄντιν ἡγομῆνοις παρήγαγον.

ἡ διαφορία τῆς νηστίας πλὴν ἡμέρας τῆς νηστείας παρῆσαν. Idem ait August. in Epist. 86. ad Calistum: *Sic ergo una fides invenitur quæ ubique celebratur. Et sic, tanquam unus in membris, etiamsi ipsa sint membra quibusdam diversis observationibus celebratur, quoniam nullo modo quod in fide verum est, impeditur.*

ἐν οἷς ἡ οὐκ ὄντως. Duas priores voces expressi, quippe quæ abescent à quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. & Savil. nec legerentur in interpretatione Rufini. Paulo post in iisdem exemplaribus *πῶς* legitur accentu acuto in prima syllaba, quod magis placet. Cum enim primam syllabam haberet arevem, circumflecti non debet.

οὐτε τοῖς μὴ ἀπὸ τοῦ ἐπίσκοπου. In libro Turnebi ac Moræi ad marginem emendatur *μὴ αὐτῶν*. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus appareat. Sic enim vertit: *Neque, ipsi ita tenuerunt, neque hi qui cum ipsis erant.* Posset etiam scribi οὐτε τοῖς ὄντιν, id est, presbyteris suis ac diaconis, & populo sibi commisso.

τοῖς μὴ πῶς. Amplector emendationem quam in libris Turnebi ac Moræi habetur ad marginem, ἐν τοῖς μὴ πῶς. Est autem hic hujus loci lenitas. Cum observantia alicuius moris & inobservantia sint inter se contraria, tamen quoties is qui morem observat quempiam, veritatur inter eos qui minime observant, tunc ipsa diversitas magis elucet. Hoc est, quod vulgò dicitur in scholis Philosopherum: contraria juxta se invicem posita magis elucescunt.

ἀπεκλήθησαν τῆς. Rufinus hanc vocem pluribus verbis exposuit, quæ scholii vicem præstat. *Numquam tamen ob hoc repulsi sunt ab Ecclesia societate, aut venientes ab illa partibus non sunt suspensi.* ἀποκλήθη igitur duo significat, aut eicere ab Ecclesia, quæ frequentior significatio est, ut in capite ultimo hujus libri; aut omnino non admittere venientem.

ἐπιμνηστικῆς. Solebant olim Episcopi, tempore Paschalis festivitatis Eucharistiam ad alios Episcopos Eulogiarum nomine transmittere. Etque tandem vetitum fuit concilio Laodiceno ca-

pute 14. At Rhenanus hunc locum aliter intellexit. Sic enim adnotavit ad marginem Rufini: *Ex hoc Irenæo loco apparet, quod si Episcopus aliquis Romam venisset, Romanus Pontifex Eucharistiam hospitii solemniter transmitteret.* In quo dupliciter fallitur; tum quod id Pontificis Romani privilegium esse sentit; tum quod solis hospitibus seu advenis id præstari existimavit. Atqui ex concilio Laodiceno discimus, hunc morem promiscuum fuisse, & ab omnibus passim Episcopis usurpatum, ut ad aliarum civitatum Episcopos benedictionis nomine Eucharistiam transmitterent. Putavit scilicet Rhenanus, in his Irenæi verbis: *τοῖς δὲ πᾶσι παροικίῳ, subaudiri verbum ἰδ. δεύσι.* Quod tamen non est necessarium. Nam οἱ δὲ πᾶσι παροικίῳ, sunt Episcopi Ecclesiarum: quemadmodum δὲ πᾶσι δέλεου, est Episcopus Debeli: ἀπολυμνείας Episcopus Eumeniæ, ut supra observavimus. Porro ad hunc morem transmittendæ Eucharistiæ, facit in primis locus Iustini in prima Apologia: *ἡ χυαίς ἵπαισι τῶν ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι πάντες τὰ λαοὶ οἱ καλοῦμενοι παρ' ἡμῶν ἕκαστοι δὲ δάσαι ἑκάστῳ τῷ παρόντων μεταλαβείν, ἀπὸ τῆς ἡγιασμένης τῆς ἁγίου ἕνεκα ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροικίῳ ἀποφύρουσι, καὶ ἡ προφῶ αὐτῆ καλεῖται παρ' ἡμῶν ἡγιασία.* Id est, *Postquam Antistes gratiarum actionem perfecit, & populus omnis apprecatus est, Diaconi ex pane & vino & aqua consecrata partes dividunt unicuique presentium, & ad abentes portant. Hic cibus vocatur Eucharistia.* Scio quidem Iustini locum de ægris explicari posse. Sed nostra explicatio planior esse videtur. Illustre etiam hujus moris exemplum existat in Actis Luciani Martyris. Notandum porro est in loco Iustini supra citato, panem consecratum à Christianis vulgò dictum esse Eucharistiam; quod confirmat etiam Irenæus tum in hoc loco, tum in libro 5. contra Hæreses cap. 1. Clemens 1. Stromat. pag. 117.

καὶ τὸ μακροῦ Πολυκαρπὸν ἐπισημαῖν τὸ τῆ ῥώμῃ ἐπισημαῖν. Baronius in Annalibus, hunc Polycarpi adventum in urbem Romam refert anno 5. M. Aurelii Antonini, eodemque anno pontificatum Aniceti orditur: quod nequaquam probabile mihi videtur. Hoc enim anno, Polycarpus major ætatis octogenario, mortuus quippe est anno 7. M. Aurelii Imperatoris, cum sextum & octogesimum ætatis annum jam exegisset. Ita enim scribitur in Epistola Ecclesiæ Smyrnenfis quam supra retulit Eusebius in lib. 4. ἐν δὲ ἑκαστῷ καὶ ἐξ ἑτη δουλίου αὐτοῦ. Id est, *Octoginta & sex annos illi servavit.* Quod si annos illos non à primo statim ortu, sed à pueritia ordiri lubet, quando primùm homines ratiocinari incipiunt; sequetur omnino, Polycarpum centenario majorem aut proximum, è vivis abiisse. Atque ita juxta computationem Baronii necesse erit dicere, illum nonagesimo ætatis anno venisse Romam, quod profecto nequaquam credibile est. Eusebium verò hæc obiectio nullatenus involvit. Quippe Eusebium Aniceti Pontificatum orditur sub Antonino Pio, decem fere annis ante Baronium. Id ipsum in Baronio reprehendit Halloixius in Notationibus ad caput 10. vitæ B. Polycarpi.

ἐπὶ τούτοις τὸ κεφάλαιον. Pessime hunc locum interpretatus est Christophorsonus; cujus versio Baronium postea in errorem induxit. Sic enim vertit: *Quin pro hoc festo observando, quod controversia ca-*

put videbatur, charitatis vincula neutiquam ruperunt. Cui interpretationi nimium fidens Baronius ad annum Christi 167. scribit Polycarpum idèd Romam venisse, ut dissidia quæ de Paschali festo orta fuerant, cum Aniceto componeret: idque Eusebium & Irenæum affirmare. Atqui Irenæus id non dicit, nisi forte ex versione Christophorsoni. Hoc tantum ait Irenæus, cum Polycarpus Romam venisset Aniceti temporibus, & leves quasdam cum illo de aliis rebus controversias habuisset. ambos tamen illico pacem inter se fecisse, ac de festo Paschæ noluisse inter se contendere. Non igitur ob questionem de festo Paschæ, sed ob alias quasdam controversias Romam venerat Polycarpus. Scio Hieronymum in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, Baronii sententiam confirmare. Sic enim ait de Polycarpo: *Hic propter quasdam super die Paschæ questiones sub Imp. Antonino Pio, Ecclesiam regente Aniceto, Romam venit.* Ita etiam Eusebius noster in lib. 4. cap. 14. Sed cum Hieronymus id ex Eusebio sumplerit; Eusebius autem ex Irenæo; inquitendum est à nobis, non quid Eusebius dixerit ac Hieronymus, sed potius quid senserit Irenæus.

παριχώρησεν ἂν ἴκιντ. τὴν ἡγιασμένην. Hunc honorem Anicetus Pontifex Romanus habuit venerabili seni Polycarpo, ut illum in Ecclesia sacra facere sineret, & quidem præ lente se, quod in primis notandum est. Sic Irenæi verba & Rufinus & ceteri Interpretes acceperunt. Sed Franciscus Florens antecessor Aurelianensis, vir doctus, & nobis dum vixit amicissimus, hæc Irenæi verba aliter intelligenda esse contendit in tractatu ad Titulum 7. Decretalium de translatione Episcopi. Vult enim Anicetum portexisse duntaxat Eucharistiam Polycarpo, non autem concessisse illi jus sacra mysteria celebrandi. Verùm si hunc Irenæi locum ita intelligimus, quid honoris tributum fuerit Polycarpo ab Aniceto? Hoc enim discrete notat Irenæus, tum illo verbo παριχώρησεν, quod de suo jure concedere significat; tum illis verbis quæ addit, *κατ' ἐντροπὴν διλοῦσθαι.* Id est, honoris causa & contemplatione, ut vertit Rufinus. Certe si Eucharistiam tantum Polycarpo portexisset Anicetus, nullum ei præcipuum honorem detulisset; cum omnibus peregrinis Episcopis id passim tribui soleret, ut cum Episcopo civitatis simul communicarent, quemadmodum scribit ipse Florens ibidem. Sed & in Concilio Arclateni capite 20. decretum est, ut peregrino Episcopo locus sacrificandi detur.

In Caput XXV.

παρ' ἡμῶν δὲ τὰ ζῆλάματα. Sic ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. In codice Mediceo legitur: *παρ' ἡμῶν τὰ ζῆλάματα.* Nicephorus verò in cap. 36. libri 4. habet: *παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ ζῆλάματα,* atque ita codex Mazarinus, Fuk. & Sav. Intelliguntur autem hic literæ Paschales, quas ἱερτασμαὶς vocabant. Ceterum hujus Synodi Cæsariensis acta quædam existant apud Bedam in libro de vernali æquinoctio: quæ licet à nonnullis illegitima habeantur ac spuria, haudquaquam spernenda mihi videntur. Baronius certe ea pro veris amplexus est.



In Caput XXVI.

ἀλλὰ γὰρ πρὸς τοῖς ἀπὸ θεῶν ἐπιβλητοῖς. In hoc libro maxima erat capitulorum perturbatio etiam in scriptis codicibus, quæ nos ex Rufino restituumus. Rufino etiam ad stipulatur codex Regius, Maz. & Fuketii. Ab his enim verbis caput ordiuntur supra dicti codices hoc titulo: ἕνα τῆς ἐπιβλητοῦ φιλοκαλίας: sed in eo peccant, quod caput istud numerant 28. cum sit revera caput 26. ut constat ex indice capitum qui libro præfixus est. Causa erroris fuit, quod superiorum capitum tituli bis apposti sunt in memoratis codicibus per negligentiam librariorum.

εἰς ἐπίδειξιν. Forte legendum est εἰς ἀπόδειξιν. βιβλίον τι διαλέξεων. Rufinus dialogos vertit; Hieronymus verò tractatus. Sed Rufini Interpretatio magis placet. Sic γὰρ τοῦ διαλέξεως memoratur ab Eusebio: quæ nihil aliud erat quàm Dialogus seu disputatio Gajj adversus Proclum, ut infra demonstribimus. Potest tamen etiam sumi pro tractatu seu sermone ad populum. Nam διαλέγεσθαι pro concionari in Ecclesia sumit Eusebius in libro 6. capite 19. & διαλέξεις appellat homilias Origenis in capite 36. eiusdem libri. Sed & Basilii in libro de Spiritu sancto cap. ult. διαλέξεις vocat Homilias Origenis in Psalmos: ἡδὴ δὲ καὶ ὡς ἐπιβλήτων ἐν πολλοῖς τῶν αἰετοῦς ψαλλομένων διαλέξεων ἐύροτον, &c. Quem locum Erasmus ita vertit. Jam verò & Origenem multis in locis expositionum quas in Psalmos edidit. Atqui διαλέξεις Homiliae sunt seu tractatus ad populum; non autem expositiones. Et in Homiliis quidem fere hæc solemnis erat clausula, ut tractator Deo Patri & Filio cum Spiritu sancto gloriam daret; quam clausulam in omnibus fere Origenis in Psalmos Homiliis appositam esse testatur Basiliius. In libris autem expositionum id minime observavit Origenes.

In Caput XXVII.

Page 195. ὡν γὰρ μὲν αὐτοὶ διέτρινον. Musculus & Christophorus vocem διατριναί pro simplici τριναί acceperunt: quod equidem non damno. Tamen διατριναί, propriè significat internoscere ac distinguere. At igitur Eusebius, Scriptorum illos quos certa aliqua nota ab hæreticis Scriptoribus distinguere potuit, esse Heraclitum, Maximum & ceteros. Pro Heraclito Heraclium legit Rufinus & Hieronymus. Porro articulus ille postpositivus ὡν γὰρ μὲν, non refertur ad vocem ἐπισημνήματα ut putavit Christophorus; sed ad vocem ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν. Nam si referretur ad vocem ἐπισημνήματα, dixisset Eusebius: ἀ γὰρ μὲν αὐτοὶ διέτρινον. Refert igitur Eusebius hoc loco, primùm Ecclesiasticos illius temporis Scriptores quorum nomina potuit cognoscere. Deinde illos commemorat, quorum libri quidem adhuc supererant, sed nomina ignorabantur.

καὶ τὰ μαξίμου. Hujus Maximi liber inscriptus erat περὶ τῆς ὕλης, & in Dialogi modum compositus: ex quo luculentissimum fragmentum profert Eusebius in libro 7. præparationis Evangelicæ capite ultimo, ubi & Scriptorum hoc elogio afficit: μαξίμου δὲ τῆς χριστοῦ διατριβῆς καὶ ἀσκήσεως ἀνδρὸς, καὶ λόγος οἰκείῳ συγγράμματι ὁ περὶ τῆς ὕλης. ἢ ἰσορίας μνήμην ἐπισημνήσασθαι. Hunc locum

A non intellexerunt Interpretes, quod miror. Solet Eusebius ex auctororum quorum meminit Scriptura, historias quasdam depromere. Sic supra citata libri, & ex Clemente & Hegesippo ac Papia aliisque passim varias excerpit narrationes, quoniam tempus ipsum quo auctores illi scribebant, cognatum habent. In his postea Scriptoribus quos in hoc capite commemoravit, negat Eusebius id se præstare potuisse, propterea quod tempus ipsum quo vixissent, certo scire non potuerat, cum nullum eius indicium aut argumentum ipsi suppetere. Atque ita fere Nicephorus; nisi quod verba illa ἕνα τὸ μὲν αὐτῶν ἀρχιμὲν ἔχειν male intellexit. Pro his enim Eusebius ista substituit: ὡν δὲ τὸ μὲν συμβάλλεται τῶν παλαιῶν πνευματικῶν ἑταίρων, ἢ τὰ αὐτῶν ἰστορίας μακρῶς ἀναστρέφομεν.

In Caput XXVIII.

ταῖς ἐξ ἑταζομένων ἡμῶν ἰστορίας. Musculus, eamque secutus Christophorus, ita vertit: ἡμῶν nostris quas undique conquisivimus. ἢ τῶν δὲ ὁ λόγος. Nicephorus in libro 4. cap. 26. hunc librum auctoris ignoti inscriptum esse dicit μικρὰν λαβουρίαν. Photius autem in Bibliotheca capite 48. Cajum hujus libri auctorem facit: τὸν γὰρ ὡς ἐπισημνήτων ὡς καὶ γὰρ μὲν αὐτῶν κατὰ τὴν κλησίαν, συμμάχαι δὲ ἐπισημνήτων ἰδίας κατὰ τὴν τίμωσιν αἰρέσεως, &c. Hic est ipse liber cujus fragmenta hic profert Eusebius, quem tamen à labyrintho Photius aperte distinguit. Sed Nicephorus sententiam confirmat Theodorus in libro 2. hæreticarum fabularum capite quinto: ubi agens de Theodoro coriario, eamque de Natale Episcopo referens historiam quam hic narrat Eusebius, ex libro qui parvus labyrinthus dicitur, illam esse depretopam testatur.

καὶ τὰ μαξίμου. Hujus Maximi liber inscriptus erat περὶ τῆς ὕλης, & in Dialogi modum compositus: ex quo luculentissimum fragmentum profert Eusebius in libro 7. præparationis Evangelicæ capite ultimo, ubi & Scriptorum hoc elogio afficit: μαξίμου δὲ τῆς χριστοῦ διατριβῆς καὶ ἀσκήσεως ἀνδρὸς, καὶ λόγος οἰκείῳ συγγράμματι ὁ περὶ τῆς ὕλης. ἢ ἰσορίας μνήμην ἐπισημνήσασθαι. Hunc locum

D καὶ τὰ μαξίμου. Nescio an hic sit Cæcilius Natalis, qui disputatione Octavij Januarii coram Minucio Felice Romæ habita, ad Christi fidem convertitus est, ut scribitur in Dialogo Minucij Felicis, Novem certe convenit, & tempus atque professio. ἢ τῶν δὲ ὁ λόγος. Ita scriptum præfert codex Regius, cui consentit Rufini Interpretatio. Sed quatuor reliqui codices Maz. Med. Fuk. & Savil. scriptum habent κληροδωσίαι. ποτίον συνημμένων ἢ διέτρινον. Quid sit συνημμένων & quid διέτρινον, docent Dialectici. Pronuntia quæ Stoici ἀσκήματα vocant, alia sunt simplicia, ut illud: dies est: alia non simplicia. Et

his quæ non sunt simplicia, alia sunt *συνημιμένως* id est, connexa, quæ constant ex duobus diversis pronuntiationibus; ut illud. *si dies est, lux est.* Alia *διζευγμένα* seu distincta: ut illud, *aut dies est, aut nox est.* Vide Diogenem Laertium in Zenone. Sextus Empiricus τὸ *συνημιμένως* definit, τὸ *συνεστὸς ἐξ ἀξιώματ' ὅ* διαφορομένων, ἢ ἐξ ἀξιώματων διαφερόντων: ὅσ' τὸ εἶναι εἰσὶν *συνδύμου.* Et exemplum connexi quod sit ex pronuntiatione *διαφορομένω* hoc affert: si dies est, dies est. Ex quo corrigendus est Diogenes Laertius in Zenone hoc modo: *ἐξ ἀξιώματ' ὅ μὴ διαφορομένων, αἰνεῖ ἡμέρα ἐστίν, ἡμέρα ἐστίν.* Porro tam apud Sextum quam apud Laertium in alio scribere *διαφορομένων*, quemadmodum legitur apud Alexandrum Aphrodisiensem in priora Analytica. Nam *διαφορομένων*, idem est quod *διελαμμένον*. Et hæc quidem de harum vocum interpretatione dicta sufficiant. Quod verò spectat ad hujus loci interpunctionem, scripti codices inter se dissentiunt. Nam Regius quidem codex quem secutus est Rob. Stephanus, post vocem *διζευγμένοι* virgulam habet appositam; ut scias voces illas *συνημιμένως* & *διζευγμένως*, referendas esse ad τὸ *ἴσθ' ὅ* quod præcessit: non autem ad *ἡμῶν* *συνέλογισμῶ* quod proxime sequitur. Sed reliqui codices Maz. & Med. cum Fuk. & Saviliano, post vocem *διζευγμένοι* nullam adhibent distinctionem, sed tantum post vocem *συνημιμένως*. Quam distinctionem secutus Rufinus ac reliqui Interpretes; connexum ac distinctum, duo syllogismorum genera esse existimant. Mihi prior distinctio magis placet. τὸν *ἀνωθεν* ἐρχόμενον. Christophorus vertit: *Christum qui de celo venturus est penitus ignorans.* Quam Interpretationem equidem non damno. Sic enim loqui solent sancti Patres de supremo adventu Christi, quo mundum judicaturus est; non quasi de futuro, sed tanquam de præsentis: *ἐρχεται κρινεῖν ζώντας* & νεκρούς. Ita Hegesippus in martyrio sancti Jacobi, & alii passim ab Eusebio citati. Possunt tamen hæc verba etiam de primo Christi adventu intelligi, quomodo accepit Rufinus. γὰρ *ἡμῶν* γὰρ ἴσθ' ὅσ' *τινων* & *προσκυώται.* Galenus enim de figuris syllogismorum & de tota Philosophia libros conscripserat, ut ex librorum eius indice cognoscimus. Est autem illustre hoc testimonium de Galeno, quippe quod auctoris sit antiquissimi, & Galeni temporibus pene æqualis. Nec verò ex hoc tantum Scriptore, verum etiam ex aliis quampluribus idem colligere licet, qui Galenum Aristoteli ac Theophrasto, ipsique aded Platoni æquare non dubitarunt. Certe Alexander Aphrodisiensis in librum octavum Topicorum non procul ab initio, satis indicat ita omnes de Galeno existimas-

se. Postquam enim docuit problematum alia *ἐνδοξα* esse, alia *ἄδοξα*; & *ἐνδοξα* quidem in duplici esse differentia. Alia enim esse *ἀπλάως*, alia *ἑρσιμένως*: hæc subjungit: *ἑρσιμένως δ' ἐνδοξα, τὰ τῆ δ' ἐν τῶν ἐρσιζῶν ἐπόμενα. εἶον, Πλάτωνι ἢ Ἀριστοτέλει, ἢ Γαλιλῶν.* τὰ *ἀσκηπιάδου.* Apud Nicephorum scribitur: *ἀσκηπιάδου*, quomodo etiam legit Rufinus. Paulò post ubi legitur: *τὰ γὰρ ἀπλάως* restituendum est *ἀπλάως* ex Theodorito in libro 2, hæreticarum fabularum capite 5; & ex Nicephoro ac Rufino.

ὑπ' αὐτῶν κατὰ σκευασθέντα. Christophorus pag. 153. legit *ὑπ' αὐτῶν.* Quomodo etiam Savilius ad oram sui codicis emendavit. Nostri tamen codices nihil mutant; & vulgata lectio confirmatur tum ex sequentibus, tum ex Theodorito. Nam Theodoritus in libro 2 hæreticarum fabularum cap. 5, hujus loci sensum ita expressit: *ἔ, οὐδὲ τὸ το σκευασθέντα αὐτῶν ἀσκηπιάδου. ἀλλὰ ἄλλως μὴ τὸν Θεόδοτον, ἰτέρως δὲ τὸν ἀσκηπιάδου. ἔ, ἐρσιζῶν ἀλλῶς, ἔ, τὸν ἀπλάως δὲ ἰτέρως. ἔ, τούτων δὲ ἕκαστον ὁπδνορθεύσεις ἢ οἰκείων ποιήσασθαι.* Ex quibus apparet, Theodoritum hic legisse in plurali numero: *τὰ ἀπλάως ὑπ' αὐτῶν κατὰ σκευασθέντα.* Ipsa tamen orationis consequentia poscere videtur, ut *ὑπ' αὐτῶν* potius scribatur. De solo enim Apolloni de id affirmat Cajus, seu quis alius auctor fuit parvi labyrinthi: illum scilicet duas editiones composuisse sacrorum librorum, quarum posterior multum à priorè differret.

ἔ, παρ' ὧν κατὰ σκευασθέντα. Tota hæc pericope usque ad verba illa *μὴ ἔχωσι*, deest in codice Regio, nec admodum necessaria mihi videtur. Habetur tamen in vetustissimo codice Maz. Med. ac Fuk. & in interpretatione Rufini.

ἀνόμου ἔ, ἀθίου διδασκαλίας. Subaudiendum videtur *ἔ, ἀθίου* vel *ἔ, τῆς ἀνόμου ἔ, ἀθίου διδασκαλίας.* Ita fere Langus & Musculus hunc locum interpretati sunt, melius profectò quàm Christophorus; Male etiam Rufinus vertit: *ὅ* *obventu impia hujus assertionis*, quasi Græca sic construenda sint: *ἀνόμου ἔ, ἀθίου διδασκαλίας ἀποφάσει.* Atqui *ἀποφάσει* *χάει* dixit Eusebius, Quippe hæretici illi, obtentu gratiæ quæ per Evangelium donata est, legem ac Prophetas repudiabant. Unde eorum doctrina merito *ἀνόμου* & *ἀθίου* dicitur: *ἀνόμου* eo quod legem detejerent: *ἀθίου* eo quod Prophetas unius ac veri Deinuntios repudiarent.

ἔ, ἀθίου. In optimo codice Mazarino scriptum est *ἔ, ἀθίου*, cui lectioni suffragatur etiam codex Fuketianus;